This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Ga
9
743

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.

Sa 9.743

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND.

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." (Will, dated 1880.)

Received 18 Jan., 1887.

PROGRAMM

DES

KÖNIGLICHEN GYMNASIUMS

ZU

LEIPZIG

FÜR DAS SCHULJAHR OSTERN 1883 BIS OSTERN 1884

DURCH WELCHES ZU DEN

ÖFFENTLICHEN PRÜFUNGEN DER KLASSEN AM 31. MÄRZ UND 1. APRIL

IM NAMEN DES LEHRERKOLLEGIUMS

ERGEBENST EINLADET

PROF. RICHARD RICHTER

REKTOR.

HIERZU ALS BEIGABE: PROF. DR. R. KLOTZ, STUDIA AESCHYLEA.

LEIPZIG, 1884.

DRUCK VON ALEXANDER EDELMANN,

UNIVERSITÄTS-BUCHDRUCKER.

1884. Progr. No. 493.

Ea 9. 743

HARVARD COLLEGE
JAN 18 1887
LIBRARY.

Constantius fund.

Aeschylea.

Inquirenti mihi iterum atque saepius in plurimas poëtarum Graecorum tragoedias magis magisque persuadetur Thebanam Aeschyli fabulam dignam esse putandam, quae discipulis primorum gymnasii ordinum interpretanda proponatur, quippe in qua non minores appareant virtutes quam in ceteris quae in gymnasio tractantur eiusdem carminibus: quo in numero Persas potissimum et Promethea nomino. Ac si cui id secus videbitur, is conferat has quas modo dixeramus Aeschyli tragoedias cum ea quae inscribitur Septem contra Thebas: tum facili negotio statuet propriam quandam unius cuiusque harum fabularum esse indolem ac naturam, quae comparari cum ceteris non possit, sed esse nonnulla, quibus Thebana illa fabula reliquis aliquanto antecellat.

Etenim in Persarum fabula vehementer licet ingenium Aeschyli admireris, quod inauditas Medorum calamitates divino quodam consilio accidisse probavit propter Xerxis regis summam et in rebus humanis superbiam insolentiamque et erga deos eorumque templa impietatem ac saevitiam: tamen si tibi in memoriam revocaveris ab eodem in Thebana fabula hinc Thebani ducis proponi virtutem, constantiam, fiduciam, illinc hostium animos aúdaces atque superbos, impiam quandam barbaramque iactantiam, in utraque harum fabularum contineri non negabis eandem fere religiosam sententiarum gravitatem. Sed ne singula persequi videamur, multa praetereo consulto, quibus hanc fabulam ceteris praestare nemo est qui neget, carminum eximiorum varia et diversa genera, quae luculentius explicare angustis qui sunt huius dissertationis finibus impedimur, episodiorum singularia maximeque laudata diverbia, quorum est illud de septem ducum paribus longe grandissimum; quod quanto sit ingenii acumine excogitatum, quanta in rebus componendis accuratione exornatum, quanto orationis apparatu excultum, quanto in singulis versibus apte disponendis artificio expolitum, cum magis ex Sophoclis[1]) et Euripidis[2]) contentione quam ipsum per se cognoscatur, hic perquirere longum est. Hoc unum paucis commemoro, haud parvum inter Phrynichi et Aeschyli Persas in eo positum fuisse discrimen, quod ille Themistoclis egregia facta, hic Aristidis maluit praedicare. Atqui quis est cui non nota sit Plutarchi[3]) de Aristide narratiuncula: cum versus illi de Amphiarao tritissimi (Aesch. Sept. 573 sqq. *οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει κτλ.*) in scena recitarentur, oculos omnium conversos esse in illum hominem, qui inter Athenienses longe iustissimus existimaretur esse, quem quidem et ipse Aeschylus per verborum ambages (*Ἀριστ-είδης = ἄριστος δοκεῖν*) describere voluisse haud scio an recte putandus sit. Nonne igitur vel inde facillime perspicitur ab hominibus, qui priscis illis temporibus fuerunt, iustissimis, fortissimis, constantissimis haud minus dilucida atque significantia sumi exempla posse quam ab illustrissimorum civium, quos ipsi videmus, rebus optime gestis?

1) Sophocl. Oed. Col. 1311—1325. 2) Eurip. Phoen. 103—192. 3) Plutarch. de aud. poëtis p. 32 E et vit. Aristidis cap. III.

Iam vero in Prometheo, quae fabula humanitatis prima inter mortales incrementa declarat non sine magno et labore et dolore parta, quin sententiarum gravitas, veritas, honestas sit admiranda, quis est qui dubitet? Sed multa in dubium veniunt, quae cognosci aut expediri non possunt nisi e continuatione et perpetuitate earum rerum, quae aliis demum deperditarum fabularum argumentis enarratae atque expositae erant; quae quidem argumenta per artissimum trilogicae compositionis vinculum ad eius quae nunc sola de tribus illis restat fabulae argumentum pertinuisse etsi haud ignoramus, assequi tamen non iam possumus nisi eis coniecturarum argutiis, quae utrum probentur an improbentur, ne inter doctos quidem satis constat. Itaque si quis hanc fabulam tractare velit omisso qui non iam plane perspicitur trilogiae conexu, sola ei remanet summae constantiae, ne dicam ferocitatis in uno Prometheo explicatio; quale argumentum ne ab Thebana quidem Aeschyli fabula abhorrere vix est cur dicam. An quisquam est qui argumentum eius fabulae maximum atque gravissimum duci neget e Thebani imperatoris magnanimitate morumque acerbitate secundum artis dramaticae leges exponenda. Neque vero haec fabula in hoc uno versatur, sed cum tertia trilogiae Thebanae pars hoc ipso dramate contineatur, gravissima quaeque totius actionis momenta repetuntur et ad certum finem perducuntur ita, ut perspicua continuitas seriesque rerum in trium fabularum ambitum divisarum non magis Eteoclis ingenium ac mores quam fratrum exitium lamentabile pendere demonstret ex origine et indole totius gentis regiae ob avi culpam sanctissimo deorum consilio fatorumque vi ineluctabili exstinguendae. Ut exempla afferam, duos tantum locos commemoro, carminis quarti strophae et antistrophae prioris initia[4]) *ὦ μέλαινα καὶ τελεία γένεος Οἰδίπου τ' ἀρά* et *ἐξέπραξεν, οὐδ' ἀπεῖπεν πατρόθεν εὐκταία φάτις, βουλαὶ δ' ἄπιστοι Λαΐου διήρκεσαν,* totumque carmen tertium[5]), quo in carmine longa fatorum series inde a principio revolvitur veterisque delicti poena in tertiam aetatem propagata exponitur tanta dicendi copia et gravitate, ut ipse Sophocles[6]) laudis in hac re primariae cum Aeschylo certamen aspernatus satis habuerit Aeschyleam poenarum calamitatumque cum fluctuum aestu comparationem (cf. v. 739 sq. *κακῶν δ' ὥςπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει· τὸ μὲν πίτνον, ἄλλο δ' ἀείρει τρίχαλον*) paucis adornare (cf. Antig. 586 sqq. *ὅμοιον ὥςτε ποντίαις οἶδμα δυσπνόοις ὅταν Θρήσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς, κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν θῖνα κτλ.*) et malorum inter se colligatorum exitum addito Antigonae exitio supplere.

Accedit quod actio vere dramatica quae dicitur in Prometheo et Persis requiritur: contra in hac fabula non solum Eteocles Thebanas res magna cum prudentia ac sollertia administrans audientium animos ad exspectationem adducit suspensosque inter spem metumque usque ad summum discrimen retinet sex duces contra hostium impetus deligens, verum etiam haud raro a regibus Thebanis ad totius civitatis statum deflectitur urbisque obsessae ea exhibetur imago, quam extrinsecus in animos nostros per corpus quasi irrumpere iure dixeris. Nam tanta est rerum paene sub aspectum subiectio, id quod H. Weilius[7]) recte monuit, ut eae quoque quae non conspiciuntur personae quaeque res aliis in locis geruntur quasi praesentes adesse videantur et, si minus ipsa certamina, at certantium consilia et spiritus appareant. Age vero virorum fortitudini quam eximio poëta invento feminarum ob periculi magnitudinem trepidantium vota, clamores, modos flebiles opponit? Quid? Telestes ille Aeschyli choreuta, cum Septem contra Thebas ageret, nonne ipsas res saltando qua esset eius artis peritia monstrasse narratur?[8])

---

4) Aesch. Sept. 812 sq. et 820 sq. 5) Aesch. Sept. 701—772. 6) Sophocl. Antig. 582—603.
7) Praefat. edit. p. XIV. 8) Ab Athenaeo I. p. 22 *φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως.*

Iam vero nunc, ut ad primum illud revertar, quid commemorem de huius fabulae catastropha quam vulgo nominant, qua totius argumenti exitus explicatur (alterius episodii parte extrema)?[9]) Spectatorum animi egregio illo regis et nuntii de infestorum ducum animis et armis colloquio quamquam iterum atque iterum convertuntur et abripiuntur ad summa urbis obsessae pericula, tamen, cum Eteocles rex se ipsum inter septem illos patriae defensores fore professus sit (cf. *ἐγὼ δ' ἐπ' ἄνδρας ἐξ ἐμοὶ σὺν ἑβδόμῳ ἀντηρέτας ἐχθροῖσι τὸν μέγαν τρόπον εἰς ἑπτατειχεῖς ἐξόδους τάξω μολών*,[10]) inter spem metumque suspensi varie semper afficiuntur. Nam quotienscumque alter et rursus alter hostium dux eiusque in urbe adversarius nominatur, incerti de fratrum totiusque gentis regiae salute, usque eo pendere putandi sunt obscura spe et caeca exspectatione, dum decernatur, quam Polynices stationem infesto furore aggressurus, quam Eteocles sit portam suscepturus maximo sui cum periculo defendendam. Quid tum? Terribile illud, quod diu dilatum est, nonne subito erumpit, cum utrumque fratrem fatali quodam casu in eadem porta stationem sibi destinasse cognoscitur? Quid vero postea? Strenuus prudensque dux Thebanorum nonne eundem se esse Oedipi filium miserum et atrocem ostendit? Non et ipse patris imprecationem agnoscit, ex qua filii patrimonium gladio inter se partiantur? Quin etiam postquam eodem fere tempore et fatum suum parumper conquestus est et, ne cives lamentationibus perturbarentur, rursus pristinum animum recepit, ironia quadam usus, quae tragica volgo appellatur, in eo potissimum fiduciam prae se fert, quod Iustitia, divina Iovis filia, ad fratrem infestum praesenti numine adiuvandum, ex quo iste natus esset, descendere noluerit, nisi forte nomen Iustitiae falso sit ei inditum cf. 670. 671 *ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας. τούτοις πεποιθὼς εἶμι κτλ.* Sed quid ego hic iam plura disputo? Est enim illud extremum, ut insito animi furore percussus arma ferri iubeat neque ab sua ipsius natura deficiat aut virgines curet vitandum esse id certamen admonentes, quod sine scelere ne suscipi quidem possit, sed fatali necessitate perspecta (cf. 719 *θεῶν διδόντων οὐκ ἂν ἐκφύγοι κακά*) ad certissimam mortem se proripiat divina quadam rabie percitus faterni nominis exstinctor.

Quare cum in hac fabula neque sententiarum gravitas desideretur et magna vis dramatica in describendo Eteoclis ingenio fratrumque fatali interitu spectetur tantusque sit egregiorum carminum diverbiorumque effectus, ut animis vehementer percussis earum quoque rerum quae in scena agi non possint praesens atque vera imago obversetur: quidni Aeschyli Septem contra Thebas, si praeter Sophocleam artem alia poëseos tragicae monumenta quaeramus, ad animos iuvenum graeca arte erudiendos conferamus, praesertim cum ad ceteras haud parvas utilitates haec quoque opportunitas adiungatur, ut et canticorum et diverbiorum maior pars tam simplici tamque perspicuo ac paene epico dicendi genere scripta sit, ut non solum in diverbiis, sed ne in canticis quidem ulla maior difficultas occurrat, quam quae ab discipulis vel inferioris primae gymnasii classis cognosci et superari possit; sive eorum animi antea iam diversis lyricae poëseos disciplinis initiati erunt, sive statim ab Homeri legendi consuetudine ac studio ad dramatica carmina traducentur.

Quae cum ita sint, non sine caussa quaeri videtur, qui factum sit, ut nemo adhuc, quod sciam, ad hanc fabulam in gymnasio tractandam aggredi animum induceret. Equidem si omnia animo complector, huius rei primariam fuisse caussam reperio, quod magna pars versuum

9) Aesch. Sept. 634—700. 10) Aesch. Sept. 264 sqq.

vel in optimo veterrimoque codice Mediceo corruptelarum sordibus deformata invenitur. Quod cum in praestantissimam quamque fabulae partem maxime cadat, ab hoc programmate scholastico haud alienum esse existimo de tribus potissimum huius fabulae locis disserere, de parodo v. 78—162, de episodio altero v. 350—548, de quarto chori carmine, quod dicitur *στάσιμον γ'* v. 802—837. Quibus de locis si quid parum probavero, magnam habeo spem fore ut hoc mihi condonetur propterea, quod permultos ante me viros doctos eosque maiore et ingenio et doctrina praeditos constat in his fabulae partibus emendandis vel explicandis saepe a vero aberrasse. Quamobrem muneri suscepto satis fecisse mihi videbor, dummodo eas rationes quas in recensendo parodi initio et in disponendis sex primis orationum paribus inii novas non desint qui etsi minus de singulis locis omnibus, attamen in universum probare non dubitent.

Ac ne illud quidem mihi opprobrio fore spero, quod sicubi pro certo affirmari non potest, quae vera fuerint Aeschyli verba, id certe quod ab auctore proditum esse potest proponere quam corrupta verba acumini ingeniosorum hominum de novo proicere malui, idque eo magis, quod ad usum scholasticum ea exemplaria requiruntur, quibus totum contineatur fabulae corpus molesta ista illuvie, quae cruces editorum vulgo dicuntur, ablutum et expurgatum.

I.

1. Praeclarissimum illud carmen Thebanae fabulae primum editores fere omnes quam maxime sollicitos habuit, non quo universum perdifficile sit ad intellegendum aut singula corruptelis inexplicabilibus depravata sint, sed quod ipsa stropharum divisio et responsio maximis dubitationibus diu fuit obnoxia. Nam cum responsionis vestigia, quo longius ab fine recedis, eo sint obscuriora, non convenit inter omnes viros doctos nisi de ultimo stropharum pari; quod in dubium vocare vix quisquam audebit, quia aequatas praebet versuum syllabas perspicuoque semper numero decurrit, modo quattuor antistrophae loci corrigantur mutationibus minutissimis v. 158 *λυτήριοί τ'* inserta cum Seidlero *τὲ* copula, 159 *μέλεσθέ θ' ἱερῶν* pro *μέλεσθε δ' ἱερῶν* secundum Blomfieldium, 160 *μελόμενοι ἀρήξατε*, eiecta quae etiam alias ut v. 140. 144 male additur *δὲ* particula, ut craseos quoddam genus non inauditum[11]) adhibeatur, 161 *πόλεος* pro *πόλεως*, id quod Ricardus Porsonus bene perspexit. Habes igitur stropham, quae constat, ut brevissime dicam, e dimetro, pentametro, tetrametro cum anacrusibus bis monosyllaba, semel iambica paeonicam, cui ad eandem prorsus rationem, quam in observationibus de numero dochmiaco p. 14 et 15 docui ab Aeschylo in carminibus creticis vel paeonicis saepissime adhiberi, trimeter dochmiacus applicatur in hunc modum:

στρ. *ἰ|ὼ παναρ|κεῖς θεοί,*
ἰ|ὼ τέλει|οι τέλει|αί τε γᾶς||τᾶςδε πυρ|γοφύλακες,[12])
πόλιν δορύπονον|μὴ προδῶθ'||ἑτεροφώ|νῳ στρατῷ.
κλύετε παρθένων,|κλύετε πανδίκους||χειροτόνους λιτάς. 155

ἀντιστρ. *ἰ|ὼ φίλοι|δαίμονες,*
λυ|τήριοί τ' ἀμφιβάν|τες πόλιν||δείξαιθ' ὡς|φιλοπόλεις
μέλεσ|θέ θ' ἱερῶν|δημίων,||μελόμενοι ἀ|ρήξατε. 160
φιλοθύτων δέ τοι|πόλεος ὀργίων||μνήστορες ἔστε μοι.

11) cf. Aesch. Sept. 836 *τὰν ἀστιβῆ Ἀπόλλωνι, τὰν ἀνάλιον*, quod quam inepte ab Ahrensio et Prienio in *ἀστιβῆ Παιῶνι* corruptum sit non est cur dicam, similia.

12) ut apud Pind. Ol. II, 71 (127) *νᾶσος ὠ|κεανίδες*, alia.

2. Quoniam hoc ultimum stropharum par omnibus probari vidimus, accedamus nunc ad reliquas huius carminis partes, quas is qui primus in hanc rem inquisivit, Augustus Seidlerus in libro de versibus dochmiacis edito lege antistrophica teneri statuit nec tamen omnibus probavit. Quos versus qui farragine quadam additamentorum, lacunarum, transpositionum, cuiusque modi remediorum congesta obruerint, tam multi exstiterunt, ut omnia respicere supersedeamus neque indiligentiae crimine insimulemur. Atque primum quidem inde ab versu editionis Hermannianae 78 usque ad v. 150 cum virgines in dochmiacum numerum exsultare omnes adhuc consenserint, easdem quas de dochmiorum Aeschyleorum compositione et responsione in observ. de numero dochmiaco cap. I. et II. exposui leges his quoque in strophis ab Aeschylo servatas esse iure nostro exspectabimus. Quae spes fallere nos eo minus poterit, quod nunc demum id carmen Aeschyleum, Choëph. 928 sqq., quod unum rationibus a me propositis repugnare mihi (l. l. p. 8.) videbatur, ex quo Kirchhoffius et Verrallius quae a librariis neglecta et in codice Mediceo omissa erant ephymnia repetenda curaverunt, ad eam potissimum legem confirmandam valet, ex qua nullam Aeschyli periodum dochmiacam ipso numero dochmiaco absolvi, sed semper clausulam alloeometricam quae dicitur adhiberi contenditur. Quo fit, ut ad ea subsidia, quibus editores adhuc ad antistrophicos versus discernendos utebantur, duo accedant antitheticae compositionis documenta: responsio syllabarum in singulis pedibus quam accuratissima, nisi quod in anacrusi irrationalitas minus urgetur, et versus in quovis singularum periodorum exitu alloeometrici sine ulla exceptione repetendi. His igitur rationibus ducti si ad proximorum versuum compositionem explicandam aggredimur, cum paenultimum quod vulgo existimatur stropharum par sic fere in M. exhibeatur:

λατογένεια κούρα τόξον ἐντυκάζου
ἄρτεμι φίλα.
(*στρ.*) *ἐ ἐ ἐ ἐ* 135
ὄτοβον ἁρμάτων ἀμφὶ πόλιν κλύω.
ὦ πότνια ἥρη.
ἔλακον ἀξόνων βριθομένων χνόαι.
ἄρτεμι φίλα.
ἐ ἐ ἐ ἐ.
δοριτίνακτος δ' αἰθὴρ ἐπιμαίνεται. 140
τί πόλις ἄμμι πάσχει. τί γενήσεται.
ποῖ δ' ἔτι τέλος ἐπάγει θεός.
(*ἀντιστρ.*) *ἐ ἐ ἐ ἐ.*
ἀκροβόλων δ' ἐπάλξεων λιθὰς ἔρχεται.
ὦ φίλ' ἄπολλον. 145
κόναβος ἐν πύλαις χαλκοδέτων σακέων
καὶ διόθεν
πολεμόκραντον ἁγνὸν τέλος ἐν μάχαισί
τε μάκαιρ' ἄνασσ' ὄγκα προ πόλεως (sic)
ἑπτάπυλον ἕδος ἐπιρρύου. 150

primo statim aspectu licet perspicere Dindorfium aperte falli qui haec ad antitheticam rationem

13) cf. edit. Kirchhoffian. Berolini a. 1880 ad Choeph. 944 et 966.

oportere restitui adeo non arbitratus est, ut clausulas illas alloeometricas quae in codice Mediceo optime traduntur quaeque ex dochmiacae compositionis legibus ab Aeschylo nunquam violatis necessario requiruntur, tollere mallet et inania quaedam verba quasi numerorum supplementa inculcare, qualia sunt *ποῖ δὲ τέλος προβὰς ἐπάξει θεός;* et *Ὄγκα προφρόνως | ἑπτάπυλον πόλεως ἕδος ἐπιρρύου*, ut hoc loco taceam de aliis eiusdem interpositionibus ad v. 137 *ὦ πότνι' ἴθι Διὸς παραγενοῦ δάμαρ*, ad v. 145 *ὦ φίλ' Ἄπολλον, ἕλθ' ἀρωγὸς πόλει*, ad v. 147 *καὶ Διόθεν γένοιθ' ἀμετέρῳ στρατῷ*. Tanta enim vides antistrophicae compositionis vestigia, primum *ἐ ἐ ἐ ἐ* interiectiones proodi instar repetitas, deinde clausulas iambicas quales Aeschylus aliarum quoque periodorum dochmiacarum in fine apponit, cf. observ. de numer. dochm. p. 4—6 (*ποῖ δ' ἔτι τέλος ἐπάγει θεός;* et *ἑπτάπυλον ἕδος ἐπιρρύου*), denique syllabarum responsionem maxime in primorum trium versuum ambitu accuratam, ut in universum de illo stropharum pari dubitare non possis. At enim et ipsi Dindorfio satis caussae fuisse videtur, cur antitheticam horum versuum rationem contemneret, quod versiculo 147 *καὶ Διόθεν* antistrophico strophici duo respondere videntur: *Ἄρτεμι φίλα* exclamatio et *ἐ ἐ ἐ ἐ* interiectio. Quam verborum discrepantiam magno licet studio alius alia coniectura removere studuerint, (velut *ἐκ Διόθεν* Robortellus aut Michaël Sophianus, cui coniecturas non paucas se debere ille in praefatione dixit; *ἐκ Διόθεν μόλοι* vel *πέλοι* G. Hermannus; *καὶ Διόθεν ᾇ* Prienius; *καὶ Διόθεν ὦ* Lowinskyus et Weilius, *παῖ Διός, ὅθεν* Westphalius et Büchelerus, id genus alia), tantum tamen abest, ut malum minuerint, ut pristinum codicis archetypi statum obscuraverint. Nam id quod idem ille Dindorfius, qua est in arte critica factitanda mentis sagacitate, rectissime perspexit (praef. edit. quint. Teubn. p. XLVII), illae interiectiones, cum non ad invocationem deae pertineant, sed alius sint personae, quae eas verbis suis *ὄτοβον ἁρμάτων ἀμφὶ πόλιν κλύω* praemittit timoris significandi caussa, non possunt cum hac Dianae invocatione in unum dochmium coagmentari. Itaque quem ad ordinem haec verba in codice tradantur et repetantur, si quis diiudicaverit nulla de versibus antistrophicis opinione praesumpta, ei dubium esse non poterit, quin in eo peccatum sit ab librario, quod verba, quae sola ad versum 135 attinere apparet, eadem post v. 139 repetivit; qua in neglegentia saepissime, si in eiusmodi minutiis operam et laborem consumere velis, perfacile librarios convinces. Neque enim solum ex tradita horum versuum scriptura efficitur, verba illa *Ἄρτεμι φίλα. ἐ ἐ ἐ ἐ* ab altero hoc loco aliena esse, verum etiam inde, quod ex verbi *ἐπιμαίνεται* compositi significatione et quae antecedunt et quae sequuntur sententias tam arte cohaerere intellegitur, ut aliis interrumpi non possint. Quare quia illis antistrophae verbis *καὶ Διόθεν* nihil iam quod respondeat in ipsa stropha invenitur, hinc nova exsistit de hoc enuntiati cuiusdam fragmento dubitandi necessitas. Accedit quod ipsa haec verba quomodo cum proximis coniungantur vix quisquam dixerit itemque metrum arguit ab hoc loco esse aliena. Quid si illud etiam addere possumus, quod primus A. Ludwichius detexit, ne reliquas quidem, quae in hoc stropharum pari interpositae traduntur, deorum invocationes v. 137 *ὦ πότνια Ἥρη* et v. 145 *ὦ φίλ' Ἄπολλον* suo loco esse? nisi vero pro testationibus ac non pro obtestationibus vel implorationibus habes, quod ab verborum contextu et continuitate abhorrere videtur. Nam ipse quoque Dindorfius de his rebus disputat in hunc fere modum: permirum esse Iunonem, Iovis coniugem, hoc uno carminis loco appellatam non pluribus quam tribus verbis *ὦ πότνια Ἥρη* invocari, et ita quidem, ut eius nomini non magis quam Apollinis in versu antistrophico aliquot adiungantur verba, quibus utriusque numinis auxilium imploretur, id quod per totum hoc carmen constanter fieri videmus. Quam quidem disputationem si vir ille doctissimus ad eum finem perducit, ut utrumque versiculum additamentis

quibusdam augendum, alterum insuper transponendum (v. 145 post 146) esse censeat, id ex eis, quas proposuit, caussis concludi mihi non persuasit, sed, siquidem ab istis hariolationibus, quales sunt *ὦ πότνι' ἴθι Διὸς παραγενοῦ δάμαρ* pro *ὦ πότνια Ἥρη* vel *ὦ φίλ' Ἄπολλον, ἔλθ' ἀρωγὸς πόλει*, recedere volumus, unum relinqui videtur subsidium illud extremum: ut non solum superiora illa *Ἄρτεμι φίλα*, verum etiam haec *ὦ πότνια Ἥρη* et *ὦ φίλ' Ἄπολλον*, quae ab proximis abhorrere ex turbato et versuum numero et sententiarum conexu colligitur, ab Aeschylo abiudicemus, praesertim cum neque locutio illa *ὦ πότνια Ἥρη* paene Homerica ullum colorem tragicum ostendat et facillime perspiciatur, qua de caussa istaec addere voluerint. Nam Aeschylus optimam rationem secutus virgines primum Iovem optimum maximum implorantes facit, deinde Minervam et Neptunum, urbium custodes, tum Martem et Venerem, Harmoniae parentes, a quibus Thebanorum origo ducebatur, denique Apollinem et Dianam (*ἀργυρότοξον, ἑκάεργον, ἑκηβόλον* et *ἰοχέαιραν*), quorum sagittis subita atque improvisa mortalibus venit calamitas. Quam rationem cum non iam cognossent, grammaticos ipsam Iovis uxorem non prorsus neglegendam esse iure quodam opinatos, paucis versibus post ultimam deorum implorationem intermissis, qui locus ad haec additamenta aptus esse videbatur, Iunonem invocari locutione illa Homeri detrita finxisse mea quidem sententia a vero proxime abest. Nam si ipse Aeschylus virgines omnino omnia deorum numina nominatim compellantes inducere voluisset ac non singula tantum praeter Iovem deorum paria secundum eam, quam modo exposui, rationem, non minus Bacchi, quem deum apud Thebanos Thebanasque in summo honore fuisse inter omnes constat, mentionem eum facturum fuisse quis est qui infitietur?[14])

Itaque molestissimorum istorum additamentorum, quibus inter vera Aeschyli verba dissipatis sententiarum conexus interrumpitur, si nullam rationem habes, strophicos versus numerose cadere vides:

ἐ ἐ ἐ ἐ.
ὕτοβον ἁρμάτων ἀμφὶ πόλιν κλύω.
ἔλακον ἀξόνων βριθομένων χνόαι.
δοριτίνακτος αἰθὴρ ἐπιμαίνεται.
τί πόλις ἄμμι πάσχει; τί γενήσεται;
ποῖ δ' ἔτι τέλος ἐπάγει θεός;

ut sint quattuor dimetri dochmiaci eiusdem semper formae (⏑⏑⏑—⏑— | $\overset{\alpha}{⏑}$⏑⏑—⏑—), ad quos dimeter iambicus in fine accedit. Cui strophae respondere hanc antistropham puto:

ἐ ἐ ἐ ἐ.
ἀκροβόλων ἐπάλξεων λιθὰς ἔρχεται.
κόναβος ἐν πύλαις χαλκοδέτων σακέων.
πολεμόκραντον ἁγνὸν τέλος ἐν μάχᾳ.
σύ τε, μάκαιρ' ἄνασσ' Ὀγκαΐα, πόλεως
ἑπτάπυλον ἕδος ἐπιρρύου.

Quae omnia ad codicis Medicei scripturam quam proxime accedere vides, nisi quod Hermannus una litterula paullulum mutata bene restituit *ἐν μάχᾳ | σύ τε* pro *ἐν μάχαισί τε* et codex pro

14) Illud de Apolline fragmentum qua de caussa huc illatum sit, nisi antitheticae rationis caussa velis, vix discernitur. Fortasse potest similiter atque *Ἄρτεμι φίλα* explicari vel etiam ab grammatico quodam adiunctum esse, qui eundem deum per *Λύκει' ἄναξ* iam supra invocari non intellexerat.

Ὀγκαΐα, πόλεως scriptum praebet *ὄγκα προ πόλεως*. At cum verba *πόλεως ἑπτάπυλον ἕδος* optime inter se conectantur ad similitudinem Homeri *Δ* 406 et *λ* 263 *Θήβης ἕδος - ἑπταπύλοιο*, inde colligi licet *προ* illud sine accentu traditum[15]), quod per se stare non potest, inde natum esse, quod super proximi versus verbum ultimum scriptum erat ad praepositionem illam *ἐπί* in *ἐπιρρύου* haud inepte explicandam in hunc fere modum:

τε μάκαιρ' ἄνασσ' Ὀγκα $^{ία}_{προ}$ *πόλεως*
ἑπτάπυλον ἕδος ἐπιρρύου.

Nam alteram olim lectionem hoc loco eamque veram *Ὀγκαία* fuisse e scholio ad v. 149 Alexandrinae doctrinae vestigiis refertissimo perspicitur: *Ὄγκα ἡ Ἀθηνᾶ* (fortasse etiam hic *Ὀγκαία. Ἀθηνᾶ*) *παρὰ Θηβαίοις. ἐπεύχεται δὲ τὴν ἐπιχώριον Ἀθηνᾶν, ὡς ὁ Θετταλὸς Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε*[16]), *καὶ ὁ Λύκιος κλῦθι ἄναξ, ὅς που Λυκίης*[17]), *καὶ ὁ Ἴλιος Ζεῦ Ἴδηθεν μεδέων*[18]). *Ὀγκαία Ἀθηνᾶ τιμᾶται παρὰ Θηβαίοις, Ὄγκα δὲ παρὰ τοῖς Φοίνιξι. καὶ Ὀγκαῖαι πύλαι. μέμνηται καὶ Ἀντίμαχος καὶ Ῥιανός. Φοίνιξ δὲ ἄνωθεν ὁ Κάδμος*, praesertim cum eiusdem *Ὀγκαίας Ἀθηνᾶς* etiam in scholio ad Sophoclis Oedip. reg. v. 29 mentio fiat atque illud *Ὀγκαία* hoc quoque loco haberi possit pro adiectivo, ut *ἄνασσα Ὀγκαία* idem fere valeat quod portae Oncaeae domina.[19])

Superest ut de versu qui proxime antecedit 148 dicamus: *πολεμόκραντον ἁγνὸν τέλος ἐν μάχᾳ*, quem versum alius aliter explicare studuit neque quisquam usque adeo enucleavit, ut a maiore editorum parte laudem consequeretur. Atque omnium maximam *τέλος* vocabulum difficultatem explicandi habet, per quod vocabulum eadem ratione, qua supra v. 120 *φιλόμαχον κράτος*, ipsam dici Minervam sunt quoque qui censeant, in quo numero H. Weilius est nominandus. Cui quidem explicationi duo maxime repugnant: primum quod necessitas imponitur, ut participium illud Weilianum *στᾶσα* pro *σύ τε* vel simile quid intericiamus, quod admittere iure dubitaveris, ac ne tum quidem ea quae sequuntur ad priorem Minervae invocationem apte adiunguntur. Illud autem frustum, ut ita dicam, *καὶ Διόθεν*, de quo iam supra agebamus, ex alius enuntiati conexu avulsum et ad alium locum esse transferendum reperisse mihi videor, quae res procedente demum disputatione absolvi potest. Propius igitur a vero abest, sicut Hermannus ceterique omnes de abstracta quae dicitur huius vocabuli significatione cogitare. Atqui cum neque optativus *μόλοι* aut *πέλοι* (quales Hermannus voluit) aut *γένοιτο* (quem Dindorfius praetulit) ad illud *Διόθεν* aptus suppleatur et versuum strophicorum syntactica ratio quam maxime suadeat, ut in hoc etiam antistrophae dimetro breve quoddam enuntiatum statuamus, quale abruptum dicendi genus ad virginum summas sollicitudines depingendas maxime quadrare elucet: equidem non dubito, quin verbis his *πολεμόκραντον ἁγνὸν τέλος ἐν μάχᾳ* per se ipsa sententia contineatur absoluta. Itaque cum apud Aeschylum poëtam in canticis maxime grandiloquum locutio illa *πολεμόκραντον τέλος* nihil aliud valere videatur, nisi *πολέμου τέλος* i. e. das den Krieg entscheidende Endziel i. e. honestam pacem vel etiam victoriam, hoc loco Homericam illam sententiam paullulum variatam esse crediderim, quae est, ut exempla afferam, *Π* 630 vel *Γ* 290:

ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.
τῷ οὔ τι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν, ἀλλὰ μάχεσθαι. et

15) ut semper fere praepositiones ante substantivum positae in hoc codice sine accentu olim scriptae fuerunt ut *ἀμφιπόλιν* etc. 16) Homer. *Π* 233. 17) id. ibid. 514. 18) id. *Ω* 308.

19) Ceterum de Onca conferatur F. Lenormant, les premières civilisations. II. p. 353.

αὐτὰρ ἐγὼ καὶ ἔπειτα μαχήσομαι εἵνεκα ποινῆς
αὖθι μένων, ἥως κε τέλος πολέμοιο κιχείω.[20])

Verbum autem substantivum *ἐστί*, siquidem id dicitur, quod verum esse rerum experientia et observatio omnibus probavit, ex linguae graecae consuetudine et usu rectissime omittitur idque hoc loco eo magis, quod idem statuendum est de ea quoque quae proxime antecedit enuntiatione: *κόναβος ἐν πύλαις χαλκοδέτων σακέων.* Quo loco significantius aliquod verbum qui adeo desiderat, ut hos versus *κόναβος ἐν πύλαις δεινὰ προμυχθίζει χαλκοδέτων σακέων* fingat, Dindorfius vehementer errat. Nam summam brevitatem maxime aptam esse supra iam demonstravimus ad summam virginum trepidationem. Quamobrem ipse Dindorfius particulam *δέ*, quae v. 140 sicut 144 in codice additur, quamvis ad conexum sententiarum significandum aptam esse Hermannus exposuerit, eicere tamen quam transponere maluit. Denique quod in hoc versu superest *ἁγνὸν* adiectivum quid sibi velit ut explicemus, ad alios locos, quales sunt Pindar. Ol. III, 37 *ἁγνὰν κρίσιν*, vel Homer. *Π* 658 *γνῶ γὰρ Διὸς ἱρὰ τάλαντα*, non opus est recurrere, nedum ad insanientem scholiastarum ad h. l. sapientiam: *ἐπεὶ οὐ μιαρὸς ὁ ἐν πολέμῳ φόνος, ἁγνὸν τέλος ἔφη, ἐπεὶ οἱ πολεμίους ἀποκτείναντες καθαροί εἰσι μᾶλλον ἢ οἱ φίλους ἀνελόντες*, sed optime ab Hermanno res exponitur, ex cuius sententia chorus purum et vacuum scelere exitum belli dicit, in mente habens odia fratrum. Postremo hanc quae mihi in his verbis inesse videtur sententiam cum eis, quae proxime antecedunt et sequuntur, aptissima ratione coniungi vix est cur disertis verbis demonstrem. Nam postquam abruptis illis enuntiationibus *ὄτοβον ἁρμάτων ἀμφὶ πόλιν κλύω. ἔλακον ἀξόνων βριθομένων χνόαι. δοριτίνακτος αἰθὴρ ἐπιμαίνεται* et *ἀκροβόλων ἐπάλξεων λιθὰς ἔρχεται. κόναβος ἐν πύλαις χαλκοδέτων σακέων* multa rerum varietate impetus hostium depicti sunt, non solum haud inepte sic concluditur oratio, ut omnia in virorum pugna posita esse dicatur, verum etiam neque illud *σύ τε μάκαιρ' ἄνασσ'... ἐπιρρύου* in *σύ γε, μάκαιρ' ἄνασσ'... ἐπιρρύου* Prienio mutandum erat, quod tum demum recte se haberet, si ceterorum deorum auxilium esset desperandum, et *τε* illa particula hoc loco id, quod eodem ipso tempore quo pugnae initium efflagitatur, ut fiat, bene ad ea quae anteponuntur conectit paratactica quae ab grammaticis appellatur ratione, quemadmodum apud solutae orationis scriptores particulae *τὲ-καὶ* adhibitae inveniuntur cf. Xenoph. Anab. I, 8, 8 *καὶ ἤδη τε ἦν μέσον ἡμέρας καὶ οὔπω καταφανεῖς ἦσαν οἱ πολέμιοι*, id genus alia.

Itaque sententia per totam antistropham bene sic procedere videtur, ut, cum finis belli non iam possit adduci nisi strenua virorum pugna, id quod ex curruum strepitu telorumque stridore lapidumque fragore crepituque scutorum prope portas audito intellegitur, tum maxime Pallas bellicosa virgo ab virginibus invocetur, vel ut vernacula lingua utar: „Verschiedenen Kriegslärm vernehme ich bereits an den Thoren, also hilft jetzt nichts weiter als tapferes Kämpfen, und da hilf du, Pallas, die Stadt verteidigen.“

3. Sed haec hactenus de ultimis duobus huius cantici stropharum paribus. Videamus nunc de eis qui proxime antecedunt versibus 104—134. De his igitur ut quam brevissime dicam, quid usque adhuc effectum sit: Godofredus Hermannus inde a. v. 110 usque ad v. 118, post quem lacuna statuenda ei videbatur, et vv. 125—130 primum stropharum par esse voluit, quibus quae interposita leguntur v. 120—124 pro mesodo habuit, quae praemissa pro alloeostrophis. At strophulae illi mesodicae, quae ab hoc loco aliena esse videtur, Carolus Lach-

20) cf. etiam Pindar. Ol. 13, 105 *ἐν θεῷ γε μὰν τέλος.*

mannus qui respondissent versus post v. 134 supplendos esse putabat, cf. de choric. systemat. p. 81. Postremo Fridericus Ritschelius[21]) illis versibus, e quibus Hermannus mesodum pessime finxerat, respondere versus 105—109 plerisque omnibus probavit, exceptis Dindorfio potissimum et Bergkio. Nam Nic. Weckleinius, qui antea ab hac ratione dissenserat habueratque haec omnia pro alloeostrophis,[22]) et Fr. Büchelerus[23]) itemque A. Kirchhoffius atque alii editores hoc primum stropharum par agnoscere animum induxerunt. Sed ut ad singula transeamus, codex Mediceus hos de quibus agitur versus in hunc fere modum exhibet:

ἄν ποτ' εὐφιλήτᾱν ἔθου· θεοὶ
(στρ.) πολιάοχοι χθονὸς
ἴτ' ἴτε πάντες
ἴδετε παρθένων 105
ἱκέσιον λόχον δουλοσύνας ὕπερ.
κῦμα γὰρ περιπτόλιν
δοχμολόφων ἀνδρῶν καχλάζει πνοαῖς
ἄρεος ὀρόμενον.
ἀλλ' ὦ ζεῦ πάτερ παντελὲς πάντως 110
ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν.
·γὰρ·
ἀργεῖοι δὲ πόλισμα κάδμου (sic)
κυκλοῦνται. φόβος δ' ἀρηΐων ὅπλων.
διαδέτοι γενύων ἱππείων
κινύρονται φόνον χαλινοί. 115
ἑπτὰ δ' ἀγάνορες πρέποντες στρατοῦ
δορυσσόοις σάγαις πύλαις ἑβδόμαις
προσίστανται πάλῳ λαχόντες.
(ἀντιστρ.) σύ τ' ὦ διογενὲς φιλόμαχον κράτος 120
ῥυσίπτολις γενοῦ παλλὰς ὅ θ' ἵππιος
ποντομέδων ἄναξ
ἰχθυβόλῳ μᾱχανᾱι ποσειδᾱν
·βου·
ἐπίλυσιν φόνων ἐπίλυσιν δίδου.
σύ τ' ἄρης φεῦ φεῦ 125
ἐπώνυμον κάδμου
πόλιν φύλαξον κήδεσαί τ' ἐναργῶς.
καὶ κύπρις ἅτε γένους προμάτωρ
ἄλευσον. σέθεν ἐξ αἵματος
γεγόναμεν. λιταῖς σε
θεοκλύτοις ἀπύουσαι 130
πελαζόμεσθα. καὶ σὺ λύκει' ἄναξ
λύκειος γενοῦ στρατῶι δαΐωι

21) primum in lectionibus, quas iterum iterumque de hac fabula interpretanda habuit, deinde etiam in disputatione, quae inserta est libello quem Robertus Engerus 'de Aeschyliis antistrophicorum responsionibus' Vratislaviae a. 1836 edidit p. 36—46 = opuscul. V. p. 224—231. 22) cf. philol. Anzeiger IX. (1878) p. 86.
23) in Museo rhenano n. s. XXXII. p. 312.

στόνων ἀϋτᾶς. σύ τ' ὦ
λατογένεια κούρα τόξον ἐντυκάζου
ἄρτεμι φίλα.

Quae si examinaveris eis ductus legibus, quas de dochmiorum compositione docui, singulas invenies dochmiorum formas aequaliter cum per totam stropham dispersas tum maxime per eos versus, quos primus Ritschelius voluit esse strophicos, ut

ἴδετε παρθένων | ἱκέσιον λόχον | δουλοσύνας ὕπερ. | κῦμα περὶ πτόλιν[24]) et
φιλομάχον κράτος | ῥυσίπολις γενοῦ, | Παλλάς, ὅ θ' ἵππιος | ποντομέδων ἄναξ

non minus rationi antitheticae favere quam illos versus alloeometricos semper fere periodorum in fine positos. Habemus enim sex easdem hexapodias iambicas ter catalecticas ita, ut pari intervallo distare videantur:

111	*ἄρηξον | δαΐων | ἄλωσιν.*	126	*φύλαξον | κήδεσαί τ' | ἐναργῶς.*
115	*κινύρονται | φόνον χαλινοί.*	130	*ἀπύουσαι | πελαζόμεσθα.*
118	*προσίστανται πάλῳ λαχόντες.*	134	◡ *κούρα, τόξον ἐντυκάζου.*

Quibus versuum epodicorum exemplis v. 132 *στρατῷ δαΐῳ στόνων ἀυτᾶς* ne addam, duo potissimum obstant, primum, quod adiectivi *δάιος* bisyllaba forma neque usquam in codicibus Aeschyleis traditur neque, ubi editoribus restituenda esse videbatur, quinque his locis Pers. 271 (*δῖαν*), 282 = 286. 985 et Choëph. 628 responsione antistrophica requiritur, alterum, quod verba illa absurdissima quae sunt *στόνων ἀυτᾶς* non possumus non pro corruptis habere, praesertim cum ex schol. B. ad h. l. *τῶν ἡμετέρων στόνων ἀκροατής* alteram olim fuisse lectionem elucere videatur *ἀιτάς*, ut Seidlerus voluit, vel potius *ἀΐτας*, ut Stanleius, vel etiam *ἀιτης*, quod Heimsoethius pro *ἀιτίς* vel *ἀίτις* positum fuisse suspicatur, ut haec verba ad Dianam spectent (*στόνων τ' ἀιτίς*)[25]). Itaque in re tam difficili si coniecturis indulgere quam omnia in medio relinquere malis, per me licet conicias hanc lectionis varietatem inde natam esse, quod syllabae *ἀυτ* in margine adscriptae fuerint et falso ab librario pro correctura verbi *ἀιτης* ut esset *ἀυτης* ad versum proximum assumptae sint, revera autem pertineant ad v. 130 *ἀπύουσαι*, quod verbum falso tradi syllabarum quantitas indicat (— ◡ — — pro ◡ — — —), ut sit *ἀυτοῦσαι* vera huius loci lectio, quae quidem ab Seidlero Hermannoque recepta praestantior esse videtur quam *ἀλύουσαι*, quod Th. Bergkius Henrico Weilio probavit. Confer quaeso Eurip. Hippol. 166 *τὰν δ' εὔλοχον οὐρανίαν | τόξων μεδέουσαν ἀυτεῖν | Ἄρτεμιν.*

Unus denique de sex illis versibus epodicis qui relinquitur, v. 134 ab editoribus varie tentatus facillimo negotio ita mea quidem sententia sanatur, ut pronomen *σύ* ex versu antecedente assumatur: *σὺ κούρα τόξον εὐτυκάζου*[26]). Maiorem vero difficultatem proxima verba afferunt neque strophica ad emendationem conferri possunt, quippe quae et ipsa corrupta et lacunosa esse inter omnes constet, maximeque v. 117 *πύλαις ἑβδόμαις*, quae verba H. Weilius dubiis et in stropha et in antistropha coniecturis *πύλαις ἑπταστόμοις* et *σύ τ' ὦ Λατωία* (*κόρα, τόξοισιν εὖ τυχάζου*) servare frustra studuit[27]). Nam propius sine dubio ad veram rationem accedit lacunam, quae Hermanno post v. 118 propter antistrophae ultima verba *Ἄρτεμι φίλα* latere videbatur, hoc ipso

24) Nam *γὰρ* particulam recte ab Ritschelio deletam omnes consentiunt. 25) Alii alia: Dindorfius *ἀλλύτας*, Weckleinius *ἀντίτας*, Büchelerus *αἴτιος*. 26) Sic enim Lud. Dindorfius recte in Stephani thesauro sub v. *εὔτυκος* restituit auxilio usus glossae Hesychianae *εὐτύκαζον· εὔτυκτον ἔχε, ἕτοιμον.*

27) *Λατογενής* Dindorfius, *Λατωΐς* Seidlerus, *Λατωΐα* Westphalius.

loco statuere, ubi aliquod nomen substantivum ad *ἀγάνορες* adiectivum et *πρέποντες στρατοῦ* participium requiritur. Voces autem *πύλαις ἑβδόμαις*, quas et ipsa sententia quam maxime respuit, remansisse conicies ex largiore quadam interpretatione, qua enumerabatur, qui duces ad singulas portas adirent, quale interpretamenti fragmentum, ut unum certe exemplum afferam, Pers. 778 occurrit, ubi illi septem viri nobiles, quorum opera Pseudosmerdis ille sublatus est, nominati esse omnes videntur, sed adhuc sextus Maraphis et septimus Artaphrenes supersunt. Itaque cum ad stropham confugere non possimus, redeamus nunc ad antistrophae finem. Quo loco quamquam omnia incerta sunt semperque erunt, nisi nova emendationis subsidia arcessentur, tamen id proponere non vereor, quod suspicione quadam attingere possumus. Nomen enim proprium quod est *Ἄρτεμι*, quod verbo *Λατογένεια* subscriptum legitur, nihil aliud esse opinor nisi glossema, ut semper fere, ubi per ambages epithetorum ornantium quae vocantur vel dei immortales vel homines illustres poëtarum more designati sunt, proprium in libris adscribitur nomen, cuius rei tot exempla inveniuntur, ut omnia enumerare longum sit (cf. de eius modi scholiis ut ita dicam interlinearibus Heimsoethius in restitutione etc. p. 83 sq.), qualia sunt Eurip. El. 116 *Κλυταιμνήστρα* ad *στυγνὰ Τυνδαρέου κόρα*, Prom. 810 *Νεῖλος* ad *Αἰθίοψ*, Choëph. 550 *Ἀγαμέμνονα* ad *ἄνδρα τίμιον*, Aesch. Suppl. 546 *Βόσπορον* ad *πόρον κυματίαν*, Sept. 982 (998) *Ἐτεόκλεις* ad *δυστάνων κακῶν ἄναξ*, id genus alia. — Tum de illo *Λατογένεια*, quod epitheton Dianae editores deformare inter se certaverunt nulla alia caussa adducti, nisi quia numeri id non reciperent, vehementer erratum est. Nam eadem ratione, qua v. 140 *δοριτίνακτος* et v. 148 *πολεμόκραντον*, etiam vocabulum *Λατογένεια* in dochmiacis versibus adhiberi potuit in hunc fere ordinem:

καὶ σὺ, Λύκει' ἄναξ, | *λύκειος γενοῦ* || *στρατῷ δαΐῳ.*
στόνων τ' αἴτις | *Λατογένεια* — || ⏑ ⏑ ⏑ *ὦ φίλα*
σὺ κούρα τόξον εὐτυκάζου.

Quid multa? Syllabae illae quattuor, quae adhuc desiderantur, nonne optime explentur desperatissimo illo v. 147 *καὶ Διόθεν*, de quo supra agebatur? ut sit *Λατογένεια καὶ Διόθεν ὦ φίλα* | *σὺ κούρα*. Qui quidem verborum ordo et copulatio acerbam quandam Aeschyli antiquitatem redolere videtur, sed etiam apud alios poetas similia occurrunt, ut Eurip. El. 167 *Ἀγαμέμνονος ὦ κόρα* Electra appellatur. Neque aut illud *Διόθεν*, ut alias *σέθεν, πατρόθεν, μητρόθεν* cf. Pers. 218 *τέκνοις σέθεν*, pro genitivo poni quidquam habet offensionis, aut adiectivi *Λατογένεια* et genitivi *Διόθεν* per *καὶ* particulam consociatio apud Aeschylum inaudita est, id quod vides ex Prometh. 218 *γαίας οὐράνιόν τε πόλον* pro *τὸν τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ πόλον*, aliis locis.

De ultimorum denique versuum responsione, qui sunt 111 et 126 *ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν* et *φύλαξον κήδεσαί τ' ἐναργῶς* dubitari vix potest, ex quo Dindorfius *πόλιν* vocabulum ad versum antecedentem pertinere demonstravit interiectionesque illas *φεῦ φεῦ* eiecit ab hoc loco alienissimas, quae post *Ἄρης* inepte interpositae leguntur eodem fere modo, quo Soph. Antig. 1310 ad *δείλαιος ἐγώ* adscribebatur *φεῦ φεῦ* nulla metri ratione habita, quo de versu ego dixi in commentat. philolog. p. 119. Debuerat autem ille Dindorfius hoc loco strophicos quoque versus respicere et verba sic collocare, ut anteponeret *Κάδμου* vocabulo *πόλιν*, non postponeret:

ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ, παντελὲς ὦ τέλος,[28])
ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν et

28) codex *παντελὲς πάντως*, Dindorfius *πᾶν τέλος ὃς νέμεις*.

σὺ δ', Ἄρης, πόλιν Κάδμου ἐπώνυμον
φύλαξον κήδεσαί τ' ἐναργῶς.

Postremo unum relinquitur in harum periodorum circuitu, in quo aliquid offendas. Versui enim 123 *ἰχθυβόλῳ μαχανᾷ, Ποσειδᾶν* in strophicis qui respondeat, nondum repertus esse videtur. Nam quotquot coniecturae a viris doctis prolatae sunt, ut versus antistrophicus ad strophici versus rationem corrigeretur, eae omnes displicuerunt, ut Ritschelii *ἰχθυβόλῳ, Ποσειδάων, μαχανᾷ,* Merkelii *ἰχθυβόλῳ μάχαν ἀπο(σόβει κέντρῳ),* Westphalii *ἰχθυβόλοισι μαχαναῖς (θηρεύων),* Weilii *ἰχθύβολον τινάσσων μεγάλαν αἰχμάν, Ποσειδᾶν, φόβων ἐπίλυσιν δίδου.* Accedit, quod ex ea lege, quam ipse in observationibus de numero dochmiaco p. 8 et §. 14 exposui, Aeschylus semper dochmiacarum periodorum in fine clausulas alloeometricas adicit, ut etiam de altero dimetro dochmiaco *ἐπίλυσιν φόβου ἐπίλυσιν δίδου* valde dubites. Itaque quod Henricus Schmidtius hunc versum (*ἰχθυβόλῳ μαχανᾷ, Ποσειδᾶν*) quam maxime damnat, quasi ab arte Aeschylea abhorreat, id adeo mihi improbatur, ut idem versus etiam alio huius carminis loco agnoscendus esse videatur. Etenim quoniam ipsum hunc versum in exitu periodorum cum aliarum tum dochmiacarum inveniri in observ. de numero dochm. p. 7 sat multis exemplis me demonstrasse arbitror, hos quoque versus proodicos 112 et 127 cum Dindorfio *Ἀργέιοι γὰρ πόλισμα Κάδμου*[29]) et *καὶ Κύπρις, ἄτ' εἶ γένους προμάτωρ,* quam cum aliis *Ἀργέιοι δὲ πόλισμα Κάδμου* et *καὶ Κύπρις, ἄτε γένους προμάτωρ* scribere malo, cum praesertim codex Mediceus priore loco illud *δέ* in *γὰρ* correctum habeat, altero autem loco illud *εἶ* nec possit deesse et facillime potuerit perire. Nam vides, quam facile potuerit fieri, ut homo male doctus *ἄτε* pro vulgatissima illa particula *ἅτε* duceret. Sed utut de his quos ultimo loco proposui versibus proodicis iudicabis, versui 123 *ἰχθυβόλῳ μαχανᾷ, Ποσειδᾶν,* in quo orationis vere Aeschyleae color inesse videatur, in stropha qui respondeat, abesse negaverim. Nam etiamsi Conradtium in Hermae tom. VIII. (1874) p. 153, qui hunc versum fingit: *δοχμολόφων κῦμα δ' ἀμφὶς ἀνδρῶν,* improbandum esse censeo, tamen versum, qui hoc loco desideratur, indagasse mihi videor 108 *δοχμολόφων ἀνδρῶν καχλάζει,* modo unam restituas litteram *ε* pro *δ,* ut sit poëtica forma *ἀνέρων* pro *ἀνδρῶν,* quam in dochmiis ferri Eurip. Med. 1257 *φόβος ὑπ' ἀνέρων* testimonio est. Itaque extrema huius periodi pars haec erit: *κῦμα περὶ πτόλιν* | *δοχμολόφων ἀνέρων καχλάζει* | *Ἄρεος ὄρμενον πνοαῖς* et *ποντομέδων ἄναξ* | *ἰχθυβόλῳ μαχανᾷ, Ποσειδᾶν,* | *ἐπίλυσιν φόβου δίδου.* Nam primum illud *πνοαῖς,* quod post *καχλάζει* traditur, ad proximi versus extremam vocem pertinere facile ipse perspexeris, cum praesertim in hunc quoque locum cadat, quod saepissime factum esse animadvertimus, ut verba transponerentur hiatus tollendi caussa, qui legitimus est propter numerorum mutationem, cf. Nauckius stud. Eurip. I. p. 8 et meae observ. p. 27 sq. ad Eurip. Androm. 856. Hec. 691 et 701. Deinde alterum *ἐπίλυσιν* non suo loco esse ex optima illa lectione quae est *φόβου* pro prava illa atque inepta *φόνων,* quam prior codicis Medicei manus dederat, satis demonstravit Heimsoethius ad h. l. Atque hoc loco *ἐπίλυσιν* falso repeti alia quoque de caussa adducor ut existimem. Nam saepissime hoc accidit in omnibus fere poëtarum tragicorum fabulis, ut librarii bis vel etiam ter singula verba exhiberent, quae ut semel tantum legantur, plerumque et ipsos numeros postulare in aperto est. Cuius rei quae esset ratio, iterum iterumque quaerenti, cum plurima exempla in fine potissimum stropharum vel periodorum occurrere viderentur, suspicio mihi non potuit non ex-

29) Nam de diaeresi illa attica in *Ἀργέιοι,* ut supra p. 7 et 8 *Ὀγκαία* vix est cur dicam cf. exempli gratia Pindar. Pyth. 10, 56 *Πηνέιον,* similia.

sistere, num omnium horum locorum una eademque agnoscenda esset caussa, quod signum illud, quo quid repetentum esset quam brevissime significabatur, non ad unum quoddam verbum, sed ad totas illas clausulas pertinuit, quo nomine extremae illae stropharum partes vulgo dicuntur. Apud Aeschylum quidem et apud Euripidem haud ita pauca huius rei exempla reperiuntur, e quo numero singula afferam haec: Ag. 1429 *ἐρίδματός* [*τις*] *ἀνδρὸς οἰζύς*, ubi quod codex praebet *ἔρις* ante *ἐρίδματος*, cum sensu careat, ex illo duplicationis signo parum perspecto ortum esse existimem, ut totum potius versum illum strophae extremum repetendum esse censeam quam unum quoddam verbum ex eadem prorsus ratione, ex qua etiam in nostrae aetatis compositionibus musicis saepissime factum esse vides, si quid in totius strophae fine magna cum gravitate diceretur, ut id repetendum curaret vel ipse poëta vel is qui carmini musicas notas addidit. Eadem res est de Eurip. Or. 330, ubi in his, quae traduntur:

ἔλακεν ἔλακε δεξάμενος ἀνὰ δάπεδον
ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοὶ γᾶς

ἀνὰ δάπεδον γᾶς interpretamenta esse Nauckius ad h. l. secundum versus respondentes demonstravit, ut veram fuisse huius loci lectionem videas hanc: *δι. ἔλακε δεξάμενος*, *ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοί*, itemque statim ab initio strophae Eur. Phoen. 295 *ἔβας ἔβας ὦ χρόνῳ γᾶν πατρῴαν*, ubi alterius *ἔβας* locum non esse ex metro bacchiaco apparet cf. Nauck. stud. Eurip. I. p. 36. 71, id genus alia. Quae cum ita sint, vide num scholion ad hunc de quo agitur locum, si modo res tanti est, ita expleas: *πάλιν δὶς εἶπεν τὸ ἐπίλυσιν* [*φόβου δίδου.*] *τεταραγμένης δὲ ψυχῆς ταῦτα ἤδη καὶ ἐμφάσεως ἕνεκεν λεγόμενα.*

Quoniam disputatio nostra per omnes fere harum stropharum versus quasi in orbem ivit atque eo revertit, unde strophici versus initium capiunt, superest, ut de versibus 104—107 recensendis dicamus. Atque de primis quidem versibus *θεοὶ πολιάοχοι* et *σύ τ' ὦ Διογενές*, qui dochmii male inter se respondere videntur, cum nomen proprium in censum veniat, quo eiusmodi discrepantia aliis quoque in stropharum generibus excusatur, rem in medio relinquere quam cum Hermanno in *πολισσοῦχοι* aut cum Dindorfio in *πολίοχοι* mutare verbum illud *πολιάοχοι*, quod et optima ratione formatur (cf. *πολιήτης*, *πολιᾶται* similia,) et ab Apoll. Rhod. I, 312 adhibetur.

Reliquos autem versus omnes quam maxime inter se congruere supra iam dixi, nisi quod alter strophae versus *χθονὸς, ἵτ' ἴτε πάντες* i. e. ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ — ⏑́, quem vide quam prava ratione scandas oporteat, cui nihil est quod respondeat in antistropha, ab Aeschylo abiudicare non iam dubitaveris, praesertim cum facile perspicias, qua caussa ducti istaec inseruerint. Voluerunt enim hiatum tollere, qui est inter *θεοὶ πολιάοχοι* vocativum et *ἴδετε παρθένων* imperativum legitimus.

Ut igitur omnia repetam, primum stropharum par mea quidem sententia hoc fere est:

στροφή	*ἀντιστροφή*
1. *θεοὶ πολιάοχοι, ἴδετε παρθένων*	1. *σύ τ', ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος,*
ἱκέσιον λόχον δουλοσύνας ὕπερ.	*ῥυσίπολις γενοῦ, Παλλάς, ὅ θ' ἵππιος*
κῦμα περὶ πτόλιν	*ποντομέδων ἄναξ,*
δοχμολόφων ἀνέρων καχλάζει	*ἰχθυβόλῳ μαχανᾷ, Ποσειδᾶν,*
Ἄρεος ὄρμενον πνοαῖς.	*ἐπίλυσιν φόβου δίδου.*
2. *ἀλλ', ὦ Ζεῦ πάτερ, παντελὲς ὦ τέλος,*	2. *σύ τ', Ἄρης, πόλιν Κάδμου ἐπώνυμον*
ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν.	*φύλαξον κήδεσαί τ' ἐναργῶς.*
3. *Ἀργέιοι γὰρ πόλισμα Κάδμου*	3. *Καὶ Κύπρις, ἄτ' εἶ γένους προμάτωρ,*
κυκλοῦνται. φόβος δ' ἀρήων ὅπλων.	*ἄλευσον. σέθεν γὰρ ἐξ αἵματος*

διὰ δέ τοι γενῦν [ἄφατον] ἱππιᾶν[30])
μινύρονται φόνον χαλινοί.
4. ἑπτὰ δ' ἀγάνορες πρέποντες στρατοῦ
⏑ — — ⏑ — ⏑ — — ⏑ —
— ⏑ ⏑ — ⏑ — δορυσόοις σαγαῖς
προσίστανται πάλῳ λαχόντες.

γεγόναμεν. λιταῖσί σε θεοκλύτοις
ἀυτοῦσαι πελαζόμεσθα.
4. καὶ σύ, Λύκει' ἄναξ, λύκειος γενοῦ
στρατῷ δαΐῳ, στόνων τ' ἀίτις
Λατογένεια καὶ Διόθεν ὦ φίλα
σὺ κούρα, τόξον εὐτυκάζου.

4. Restat prior huius parodi pars inde ab v. 78 usque ad v. 104. In his igitur versibus, ut responsionem antistrophicam enuclearent quantumvis Seidleri, Ritschelii, Engeri, Lowinskii, Prienii, Heimsoethii, Schmidtii, Metzgerii omni virium contentione laboraverint et incubuerint, tamen ne id quidem effectum est, ut unu sex his alteri probaret, quae protulisset. Nam ad responsionem qualemcunque restituendam aut formarum dochmiacarum responsionem admiserunt liberiorem aut verba versusque immutaverunt transposuerunt auxerunt diminuerunt maiore cum audacia, quam ut ulla esse posset veri suspicio.

Atque certi ordines alloeometrici nusquam apparent, nisi vv. 100. 101 bacchiaci dimeter et trimeter vel etiam pentameter, quem Dindorfius frustra in suspicionem vocare studuit: τί ῥέξεις, | προδώσεις, ‖ παλαιχθὼν | Ἄρης, γᾶν | τεάν,[31]) et trimetri iambici v. 96 et 99, qui quod minimo trimetri dochmiaci intervallo distant, ex eo satis superque elucere arbitror, eas strophas, quae per longiorem periodorum ambitum ad perfectum finem decurrunt, his versibus contineri non posse. Itaque quae ab v. 78 ad 104 traduntur quin sint pro *proodo* quae dicitur, mihi quidem dubium esse numquam poterit. Huius autem proodi quae esset natura, solus R. Westphalius explicare conatus est. Is enim haec omnia in periodos dividi voluit non antistrophicas, sed tamen ordinum numero et quadam rerum verborumque similitudine inter se congruentes. Quem H. Weilius in universum secutus haud ita multa aliter adornanda putavit. Neque vero hos, vera quae fuerit huius proodi natura, consecutos censeo. Putabant enim ex ipsa carminis compositione certam vel verisimillimam distributionem quasi sua sponte nasci, ut quater bina enuntiata ita essent opposita, ut ea oppositio ex verbis ipsis eluceret. Nam aut in utroque idem esse vocabulum, quod maximum sententiae pondus haberet, aut in altero inesse interrogationem, in altero responsionem, aut aliam in eis cerni concinnitatem, omnia autem ad eam legem esse composita, ut congruerent systemata vel versus numero ordinum metricorum, non congruerent pedum numero aut forma. Enimvero haec, quae ab Westphalio disputata sunt, omnium proxime ad veram rationem accedere apparet, sed ne is quidem rem ad certum finem perduxit, quia in hoc uno carmine acquievit neglexitque plane alterum in hac fabula exemplum proodicae compositionis Sept. 932—940 et epodicae ibid. 973—988. Quod carmen amoebaeum multum valet ad eam, de qua agitur, proodum explicandam propterea, quod ab omnibus perspecta huius carminis haec lex est, ut per alternas vices ab sororibus Antigona et Ismena singuli versus toti dimidiative canantur *sententia similes, mensura pares,* nisi quod ab hac lege initium paullulum discedere videtur, ubi trimetri iambici cola quae in Mediceo traduntur, quae inter sorores partienda sunt παισθεὶς ἔπαισας. ‖ σὺ δ' ἔθανες κατακτανών, ab Lachmanno aliisque ad maiorem revocata sunt aequabilitatem non sine aliqua veri specie in hunc modum: παισθεὶς ἔπαισας. ‖ θάνες κατακτάς. — Quid igitur superest nisi ut ad eam rationem, quae in altera huius fabulae proodo

30) ἄφατον Büchelerus, μινύρονται Dindorfius, ἱππιᾶν uterque. 31) Nam γᾶν Hermannus recte restituit ex codicis Medicei lectione τᾶν, cf. Aesch. Suppl. 633 τᾶς pro γᾶς, alia.

omnibus probatur, etiam illa primi carminis systemata proodica de novo examinemus? Qua in re difficillima etsi scio omnes controversias disceptari non posse, tamen etiam incerta quaedam proponere, quam omnia in dubio relinquere malui eo consilio, ut si quid parum feliciter a me susceptum esset, id ansam tamen daret ad veram huius proodi naturam indagandam.

Sed ut singula paucis absolvamus, quattuor vel sex versus primo statim aspectu ex ceterorum obscuritate ita elucent, ut inde disputationis initium capere non dubitem: hos dico versus, quorum lectio vix ulli dubitationi obnoxia esse potest:

ἀκμάζει βρετέων
ἔχεσθαι· τί μέλ|λομεν ἀγάστονοι;
ἀκούετ' ἢ οὐκ ἀκούετ' ἀσπίδων κτύπον;
πέπλων καὶ στεφέων
πότ' εἰ μὴ νῦν ἀμ|φὶ λιτάν' ἕξομεν;
κτύπον δέδορκα, πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός.

Nam et illa verba ἔχειν ἀμφὶ λιτανὰ πέπλων καὶ στεφέων poëtarum more (ut apud Vergilium Aen. II, 725 per opaca locorum) optime coniunguntur, cf. Xenoph. Cyrop. 4, 5. 15 ἀμφὶ ταῦτα ἔχειν nec in particulae νῦν correpta syllaba quidquam esse cur offendas satis exposui in observatt. p. 22.[32]) Quin etiam numerorum argutiae in minimis quoque rebus custoditae quam maxime declarant horum versuum rationem prorsus eandem esse atque alterius quae in hac fabula invenitur proodi v. 932—940 et epodi v. 973—988, quos versus poëta ut inter se adaequaret singulos, quin certo quodam consilio sit ductus, nemo adhuc dubitat.

Neque vero hi versus qui mensura pares esse videantur in hac parodo soli sunt. Nam cum versum 93 eundem esse trimetrum dochmiacum unius licet verbi defectu depravatum omnes consentiant,[33]) etiam hos versus, qui proxime antecedunt quibusque interrogationes continentur in eandem sententiam, exaequata singularum syllabarum quantitate inter se congruere in aperto est:

τίς ἄρα ῥύσεται, | τίς ἄρ' ἐπαρκέσει || θεῶν ἢ θεᾶν;
πότερα δῆτ' ἐγώ, | πότερα προσπ]έσω || βρέτη δαιμόνων;

Quae si recte observata sunt, id unum efficitur, quod plurimum valet ad reliquas huius strophae proodicae partes bene disponendas, ut exclamatio illa ἰὼ μάκαρες εὔεδροι, quam Büchelerus haud eleganter in numeri continuitatem ita coartare studebat, ut scriberet ἰὼ μάκαρες εὔ|εδροι· ἀκμὰ βρετέων, his trimetrorum inter se optime congruentium paribus falso interiecta videatur. Accedit quod haec duo adiectiva μάκαρες et εὔεδροι sine substantivo θεοί vel δαίμονες vel alio quo per se stare vix credideris. Quid? ipse hic locus, qui vacuus relinquebatur propterea, quod solum verbum δαιμόνων in una pagina scribendum erat, nonne aptissimus fuisse videtur, ad quem nonnulla ex margine verba appingerentur, quae quo trahenda essent, nota quadam significari potuit? Cui rei idcirco maior fides additur, quod eodem fere tempore Th. Bergkius et

32) πότ' εἰ μὴ νῦν ἀμφὶ κτλ. Hermannus optime, a qua lectione codex M. non recedit nisi in accentu, ut semper fere νῦν, ἄρ', similia nulla quantitatis ratione habita occurrunt: Sept. 398 τὸν ἀμὸν νῦν 91. 472 ἄρ' pro ἄρ', 756 τῖον pro τίον Suppl. 926 εὐθυμεῖν pro ἐνθ' ὑμῖν. Formae autem quae est νῦν eandem esse vim atque alterius circumflexae cum similia ὑμῖν, ἡμῖν, tum locutio illa detrita καὶ νῦν docet apud Epicharmum et Pindarum correpta. Cf. Wolf-Bellermannus ad Soph. Ant. 705. 33) πάτρια ex scholio Mediceo invenisse sibi visus est Volkmannus, πατρῴα' Heimsoethius, mihi πότ[ερα προσ]πέσω magis arridere dixi observ. p. 10. Contra illam δῆτα particulam, id quod M. Schmidtius negabat, suo loco esse, si Passowii lexicon sub v. I sub finem inspexeris, facile invenies.

C. Conradtius (in Hermae vol. VIII. p. 377) idem factum esse haud ita multis versibus ante invenerunt. Nam versu 88 *βοᾷ ὑπὲρ τειχέων ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαὸς εὐτρεπὴς ἐπὶ πτόλιν διώκων*, cum verbis *ὄρνυται* et *ἐπὶ πτόλιν διώκων* hostis significetur longius remotus, quam qui urbis muros fossasve superet, non ab ipsis Argivis, sed eorum tantum clamore muros superari dicendum erat. Itaque Bergkio assentiendum censeo, qui *ὑπὲρ τειχέων*[34]) ad prius illud *βοᾶι ποτᾶται* i. e. *βοὰν ὑπὲρ τειχέων ποτανάν* pertinere maluit. Etsi ea pro interpretamento ad verba *βοὰν ποτανάν* maxime poëtica adscripto habere quam inter ipsa Aeschyli verba inserere maluerim propterea, quod ordo versuum inter se respondentium tum aliquid turbari videtur. In uno hoc ille improbandus est, quod altero loco sine ulla ratione illud *βοᾷ* delebat. Nam quia illud *βοᾷ* utroque loco aptissime legebatur, propter id ipsum verba *ὑπὲρ τειχέων*, quae ut ad *βοᾷ* assumerentur, signo quodam adscripto indicatum esse potuit, falso huc illata esse videntur. In eadem fere sententia H. Weilium esse vides, qui quod verba *βοᾷ ποτᾶται ὑπὲρ τειχέων* coniungenda ratus est, laudatur, improbatur, quod coniuncta secundo demum loco dedit. — Quae cum ita sint, permultum, ut supra dixeram, proficitur, praesertim cum adiectiva illa *μάκαρες εὔεδροι* ad quae substantiva pertineant, dubitari iam non possit. Nam verbo *ἰώ* adscripto indicari videtur horum locum esse post *ἰὼ θεοὶ θεαί τε*, ubi et spatium propter interiectionem *ἰώ* falso ter positam consumptum esse animadvertis et epitheta quaedam requiri inde licet colligas, quod per totum hoc carmen, sive omnium deorum numina sive singula tantum invocantur, si ab altera illa v. 125 Martis inprecatione discedas, semper epitheta quaedam ornantia inveniuntur apposita. Quamobrem cum eius qui nunc est verborum ordinis nullam esse appareat rationem, duas illas periodos, quae quo numero decurrerent nemo adhuc ita explanavit, ut plurimos consentientes haberet, in hunc fortasse modum, singulis quibusdam verbis non nihil inter se permutatis, non sine aliqua probabilitate compositas esse putaveris:

ἰὼ θεοὶ θεαί τε μάκαρες εὔεδροι,
ἀλεύσατ' ὄρμενον κακόν.
βοᾷ διώκων εὐτρεπὴς ἐπὶ πτόλιν
λεύκασπις ὄρνυται λεώς.

Nam in iambicis strophis neque solutae illae syllabae in *μάκαρες* neque irrationalitas in *λεύκασπις* aut *διώκων* neglecta ullam affert offensionem, id quod cum alii tum Christius, metr.[2] p. 380 sq. et 641, docuit. Contra vide, quanta cum audacia plerique non solum verborum ordinem, qui quin integer non sit, vix quisquam dubitat, verum etiam ipsa verba depravaverint, auxerint, contraxerint, velut Dindorfius *βοᾷ ὑπὲρ τάφρων λευκοπρεπὴς λεὼς ὄρνυται ἐπὶ πόλιν* et Weilius *ποτᾶται βοᾶ ὑπὲρ τειχέων. ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαὸς εὐτρεπῆ ἐπὶ πτόλιν διώκων πόδα.*

Sequitur illud, ut quaeramus, num ea quoque, quae antecedunt, inter se congruere videantur. Cuius rei unum sane testimonium quoddam agnoscitur, quod bis eaedem quattuor dochmii formae occurrunt continuae, quibus simillimae continentur sententiae. Nam proximos versus dochmiacos, qui in codice sic exhibentur... *πεδιοπλοκτυπος* || *τὶ χρίμπτεται βοᾶι* || *ποτᾶται. βρέμει* || *δ' ἀμαχέτου δίκαν ὕδατος ὀροτύπου*, Fr. Ritschelius auxilio scholii Medicei adiutus, quod est *καὶ τὰ τῆς γῆς δέ μου πεδία κατακτυπούμενα τοῖς ποσὶ τῶν ἵππων καὶ τῶν ὅπλων ποιεῖ μου προσπελάζειν*

34) In corrumpendo hoc, quod incorruptum videtur, verbo multum operae consumi nec quidquam profici intelleges ex hoc coniecturarum delectu: *βοᾷ ὑπὲρ τάφρων* Dindorfii, *βὰς ὑπὲρ ἑρκέων* Prienii, *βοᾷ ὑπερτρέχων* Bücheleri.

τὸν ἦχον τοῖς ὠσίν et *ἔχει* (i. e. *ἠχεῖ*) *δὲ, φησὶ, τρόπον ποταμῶν τὰ πεδία τῆς γῆς μου*, ita recte restituit, ut *πεδί' ὁπλόκτυπα* subiectum sit (cf. schol. *τὰ πεδία τῆς γῆς μου*) et ad *χρίμπτειν* et ad *βρέμειν* verbum, deinde *χρίμπτεται* sit *χρίμπτε τᾶι* i. e. *χρίμπτει τᾷ* (ad *βοᾷ*) forma activa (cf. schol. *ποιεῖ μου προσπελάζειν*), tum obiectum adiungatur *βοὰν ποτανάν* vel *ποτατάν* (cf. schol. *τὸν ἦχον* i. e. *βοάν*, non *βοᾷ*), denique in *οστί* lateat *ὠτί* vel *ὠσί* (cf. schol. *τοῖς ὠσίν*) in hunc modum:

πεδί' ὁπλόκτυπ' ὠ|τὶ χρίμπτει βοὰν || ποτανάν, βρέμει δ' || ἁμαχέτου δίκαν | ὕδατος ὀροτύπου.

Contra Heimsoethium valde errasse moneo, qui ultima quoque verba pro corruptis habuit, ductus Hesychii glossa, quae est: *ὀροτύπου δίκην· ὅτι οἱ Γίγαντες ἀποσπῶντες ἀπὸ τῶν ὀρῶν κορυφὰς καὶ πέτρας ἔβαλλον;* neque hanc mutilam esse perspexit restituendamque esse sine dubio ita: *ὀροτύπου δίκην·* [*τοῦ καὶ ὄρη ῥηγνύντος. ὀροτύπους· τοὺς γίγαντας*]· *ὅτι οἱ γίγαντες κτλ.*

Cum his autem optime congruere apparet, qui proxime antecedunt, versus quattuor: *αἰθερία κόνις | με πείθει φανεῖσ' || ἄναυδος σαφὴς || ἔτυμος ἄγγελος...* quibus applicatur illud *ἐλέδεμας*, quod Hermannus ex codicis Medicei scriptura *ἔλεδεμας* et ex scholiis *ἡ τὸ δέμας ἡμῶν τῷ φόβῳ λαμβάνουσα ἢ ταράττουσα* et *τὸ δέμας καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν τῷ φόβῳ λαμβάνουσα καὶ συσφίγγουσα καὶ κατέχουσα καὶ ταράττουσα καὶ περιθλίβουσα* eruit, Seidlerus ad vocem *ἄγγελος* pertinere voluit; quod etsi satis audacter dictum videtur, tamen non omni ratione carere tibi persuasum erit, dummodo locos quosdam conferas, quales sunt Ag. 666 de Helena *ἑλέναυς, ἔλανδρος, ἑλέπτολις*, Aesch. Suppl. 786 *πατρὸς σκοπαὶ δέ μ' εἷλον*, Hom. Od. 19, 471 *ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ἥρει* coll. Il. 7, 479. Od. 11, 43. 633. Eurip. Bacch. 690 *ὠλόλυξεν... ἐξ ὕπνου κινεῖν δέμας*, Plut. Ant. 30 init. *τὸν Ἀντώνιον ἀγγελίαι δύο καταλαμβάνουσιν*, Hom. Od. 1, 192 *κάματος κατὰ γυῖα λάβῃσιν*, Pind. Ol. 1, 20 *σύτο δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων*, id genus alia multa. Itaque quamquam ne sic quidem omnia sana esse vides, tamen verisimillimum esse non negaveris has breves syllabas quattuor de octo illis syllabis superesse, quae dochmio *ὕδατος ὀροτύπου* responderunt, sive *ἀλγέων ἄγγελος ἐλέδεμας* suppleas sive latere malis aliud, quod quid fuerit, pro certo affirmari non potest.

Prima denique membra *θρέομαι | φοβερὰ μεγάλ' ἄχη. || μεθεῖται στρατὸς | στρατόπεδον λιπών·, ῥεῖ πολὺς ὅδε λεὼς | πρόδρομος ἱππότας*, quae aut nihil habent, ad quod respondeant, sicut in altera illa proodo primus versus 932, aut ex poëtarum more, id quod sententia quodammodo suadere videtur, ante v. 83 repetenda sunt, statim ab initio mutilata et per quattuor brevium syllabarum vocabula supplenda esse (*ὀρόμενα* vel *νεόκοτα* vel *πολύπονα*) qui ex abrupta metrorum ratione opinati sunt, Prienio, Dindorfio, Büchelero equidem non assentior. Nam in melicis poëtarum tragicorum carminibus principium stropharum vel periodorum non ab perfecto quodam pede capi, sed per anacrusim, quae est ad reliquam numerorum concinnitatem apta, tam saepe animadvertere licet, ut ne hoc quidem loco dubites, quin anapaestus ille *θρέομαι* pro anacrusi dochmiaca ita habendus sit, ut antea per quattuor morarum spatium sileatur, idque eo magis, quod eadem occurrit ratio in tertii quoque huius fabulae carminis initio, ubi in strophae ionicae principio amphibrachys 701 *πέφρικα* ante *τὰν ὠλεσί|οικον θεόν, | οὐ θεοῖς ὁ|μοίαν* reperitur, quae anacrusis ad formam pedis anaclomeni qui dicitur aptata videtur.

Omnium autem postremum est, ut ad huius proodi finem revertamur. Ibi enim si quis singulas tantum syllabas spectaverit, ei versus bacchiaci 100. 101 *τί ῥέξεις; προδώσεις, || παλαίχθων Ἄρης, γᾶν τεᾶν;* proximis *ὦ χρυσοπήληξ δαῖμον | ἔπιδ' ἔπιδε πόλιν, | ἄν ποτ' εὐφιλήταν ἔθου* respondere non posse videbuntur. Neque vero quisquam dubitat, quin neuter horum integer sit.

Nam prior quidem ab nonnullis editoribus pro trimetro iambico habitus est, qualem ab Aeschylo nusquam scriptum esse Dindorfius rectissime perspexit, id quod facile sentiet, qui reliquos carminum melicorum Aeschyli senarios cum hoc comparare volet, in quo a plumbeo initio duorum spondeorum, qui in primo tertioque pede positi sunt, transitus fit ad duos volubiles tribrachos. Ac ne alterum quidem versum, qualis in codice est, per se stare posse inter omnes constat. Itaque cum ultimi duo versus quin corrupti sint, iam non dubium sit, hanc membrorum discrepantiam nihil valere ad eam compositionis proodicae legem infringendam apparet, quae in reliquis proodi membris probatur. Atqui haec verba ne dochmiaco numero accommodemus (velut ἔπιδε τάνδε, χρυ|σοπήληξ, πόλιν || τεάν, ἄν ποτ' εὐ|φιλήταν ἔθου), lex illa impedit de dochmiacarum periodorum omnium clausulis alloeometricis quam supra exposueramus. Quae cum ita sint, si quis hos versus ita coartare volet, ut ad bacchiacos versus, qui antecedunt, quomodocunque respondeant (velut πόλιν, χρυ|σοπήληξ, || ὔδ' ἂν εὐ|φιλήταν | ἔθου[35])), non obsto, praesertim cum ultima verba εὐ|φιλήταν | ἔθου et —χθων, | Ἄρης, γᾶν | τεάν optime inter se congruant. Nam eam legem, ex qua post singulos versus bacchiacos inciditur, is qui primus docuit, Aug. Nauckius in stud. Eur. I. p. 61 ne ipse quidem ad omnes sine ulla exceptione versus bacchiacos pertinere vult.[36])

II.

1. Alterius episodii, quo Argivi Thebanique duces proponuntur singulique singulis opponuntur, formam pristinam ab librariis obscuratam esse primus Fr. Ritschelius iam anno 1854 perspexit iuvenibusque in lectionibus, quas de hac fabula habebat, iterum atque saepius probare studuit singulos nuntii et regis sermones pari versuum numero inter se respondere. Postquam autem C. Prienius (Beiträge zur Kritik von Aesch. Sieben geg. Theb. Lübeck 1856) eandem sententiam in lucem protulit, anno demum 1858 dissertationem de ea re emisit (in Fleckeis. annal. LXXVII. p. 761—801; ibid. LXXIX. p. 96 et LXXXI. p. 824 = opusc. I. p. 200—364).

Qui in contrariam partem disputarent, soli tres viri exstiterunt, Fr. Heimsoethius in libro, quem Bonnae a. 1861 de dramatis Aeschyli restituendis edidit (Wiederherstellung der Dramen des Aesch. p. 436 sqq.), E. Martinus in dissert. inaug. Berol. 1862 de responsionibus diverbii apud Aeschylum, Th. Stisserus in diss. inaug. Gotting. 1871 (= programm. Aurich. 1872) 'Quid iudicandum sit de Fr. Ritschelii sententia in Aeschyli Septem contra Thebas singulos nuntii

35) quamqnam et ποτ' particulam et ἔπιδε compositum desiderabis. 36) Extremo singula afferam scripta hominum doctorum, qui in hoc Aeschyli carmine emendando separatim elaboraverunt, praeter eos quos data occasione supra iam commemoravimus: F. Bamberger, de carm. Aesch. a partibus chori cantatis. Wolfenbuttelae, 1832 = opusc. p. 1 sq. (23). — Carl Prien, Beiträge zur Kritik von Aesch. Sieben gegen Theben. II. Lübeck. 1858. — Theod. Bergk, kritische Analekten, Philol. XVI. p. 604—616. — Rob. Enger, de Aesch. Septem ad Thebas parodo, Ostrowo 1858. — Alfr. Ludwich, Zur Kritik des A., Sitzungsberichte d. K. K. Akad. d. W. Philos.-hist. Cl. XXXIII. 1860. p. 397—470. VI. über die Parodos der Sieben. — Clem. Wilde, de Aesch. in Septem contra Thebas parodo, Putbus 1864. — H. van den Bergh, die Parodos der Sieben gegen Th. Zeitschr. f. Gymn.-Wesen. 19. Jahrgang 1866. p. 513—558. — J. H. Heinr. Schmidt, Die Eurythmie in den Chorgesängen d. Griech. Leipz. 1868. — Rud. Merkel, Aeschyli cod. Laurent. Oxoniae typis expressi praefationis lineamenta. Quedlinburg 1871. — C. Conradt, über d. Anfang d. Sieben g. Th. Hermes VIII. 1874. p. 369—378. — Frdr. Heimsoeth, de parodi in Aesch. fab. Theban. conformatione. Ind. lect. hib. Bonn. 1877. — Franz Bücheler, de Septem Aeschylea. Mus. rhen. nov. ser. XXXII. 1877. p. 312—318. — Mor. Schmidt, Die Parodos der Septem. Mélanges gréco-romains tirés du Bulletin de l'Acad. imper. etc. de Pétersbourg. tome IV (1875—1880). p. 519—555.

sermones et regis responsa aequaliter dimensa esse existimantis', quae cum minimi pretii sit, nihil ad nostram disputationem pertinet.[37]) Itaque ut in re tam difficili tamque late diffusa quae minoris momenti sunt omittam omnia ipsamque rem quam brevissimis verbis absolvam, tria potissimum sunt, quibus Ritschelius nisus haec sermonum paria inter se respondere demonstrasse sibi visus est: lacunae ante v. 453 et post 531 statuendae et versus 496. 498—501 removendi. Atque eam, quam altero loco dixi, lacunam post 531 Dindorfius propter conexum sententiarum interruptum iam tum statuerat, cum de ratione antithetica nihil suspicaretur. Quam lacunam Martinus etsi ad unius tantum versus spatium redigere voluit, tamen non potuit non agnoscere. Nam si quam lacunam probavisti, quousque ea pateat, pro certo affirmare non potes. Deinde quod Heimsoethius ne ipse quidem turbatam rerum verborumque continuitatem restituere posse sibi visus est, nisi duabus coniecturis (*δυσθέων* pro *πρὸς θεῶν* et *ὀλοίμεθα* pro *ὀλοίατο*), quas nemini probavit, dubium esse vix cuiquam potest, quin alterum illud Ritschelianae doctrinae fundamentum et ipsi adversarii quamvis inviti quam maxime comprobaverint.

Deinde in versibus inde ab 495 usque ad 501

ξυνοίσετον δὲ πολεμίους ἐπ' ἀσπίδων
θεούς· ὁ μὲν γὰρ πύρπνοον Τυφῶν' ἔχει,
Ὑπερβίῳ δὲ Ζεὺς πατὴρ ἐπ' ἀσπίδος
σταδαῖος ἥσται, διὰ χερὸς βέλος φλέγων.
κοὔπω τις εἶδεν Ζῆνά που νικώμενον. 495
τοιάδε μέντοι προσφίλεια δαιμόνων·
πρὸς τῶν κρατούντων δ' ἐσμέν, οἱ δ' ἡσσωμένων.
β *εἰ Ζεύς γε Τυφῶ καρτερώτερος μάχῃ.*
γ *Ὑπερβίῳ τε πρὸς λόγον τοῦ σήματος·*
α *εἰκός γε πράξειν ἄνδρας ὧδ' ἀντηρέτας·* 500
δ *σωτὴρ γένοιτ' ἂν Ζεὺς ἐπ' ἀσπίδος τυχών*

antequam Ritschelius haec colloquia inter se aequanda docuit, cum idem Dindorfius, tum is qui in totis versibus ab Aeschylo abiudicandis maxima semper usus est moderatione, G. Hermannus versus quinque vel sex ex reliqua sermonis perpetuitate secludendos arbitati sunt. Quibus in verbis cum bis eadem fere dici primo statim aspectu appareat et eadem semper vocabula rursus recurrant, ut *ἐπ' ἀσπίδος, Τυφῶνα.. Ὑπερβίῳ, Ζεύς, Ζῆνα, Ζεύς, Τυφῶ, Ὑπερβίῳ, Ζεύς,* quae sententiarum verborumque ieiunitas atque vilitas in nuntii narrationibus fortasse ferenda est, ab regis Eteoclis oratione plane abhorret: etsi de singulis quibusdam versibus, qualis est 495, dubitari licet, in universum tamen multa falso interposita esse supervacaneum censeo pluribus verbis perscribere. Accedit quod neque in Mediceo codice ordo versuum constat et in eis sententiis, quibus adiectis librarius proxima uberius exponere studuit, multa insunt, quae non expediuntur nisi nonnullis verbis ex aliqua parte mutatis. Nam ne eum quidem ordinem versuum, quem manus saeculi demum quarti decimi litteris in margine adscriptis indicavit, Heimsoethius, Weilius, alii defenderunt.

Restat id quod primo loco commemoravimus. Tertiam regis orationem mutilam esse Ritschelius contendit intellegi ex primis statim versibus maximeque ex pronomine illo *τόνδε* vel *τῷδε* inexplicabili sententiarumque copulatione parum expedita verbisque nuntii non respectis

37) Nam R. Engerus in Jahni annal. 1857. p. 82 contra unum Prienium rem gessit.

quae sunt *ὡς οὐδ' ἂν Ἄρης σφ' ἐκβάλοι πυργωμάτων.* Quae quamquam non tam certis, quam priora illa, demonstrantur argumentis, tamen summam habere probabilitatem ex ipsis adversariorum rationibus apparere demonstrabo. Nam ut non dicam de ratione Martini, qui falsa pronominis *τῷδε* (pro *τόνδε*) interpretatione ducitur, vide quid Heimsoethius contra dixerit. Cum ad initium huius orationis expediendum ad eas figuras oratorias confugit, quae ab hoc loco alienissimae videntur esse, ad *ἀποσιώπησιν* et *ἐπανόρθωσιν,* nonne iterum confirmat Ritschelium, quod de huius orationis condicione non integra proposuit, id recte coniecisse?

2. Transeamus nunc ad eos, qui Ritschelii rationem universam comprobant, in singulis dissentiunt, quo in numero est Dindorfius in philol. vol. XVI. 1860. p. 193—233, Weilius[38]), Keckius[39]), Westphalius in prolegomenis Aeschyleis p. 200—206, Wolfius in dissertatione inaugurali Bonnensi 1881, quae inscribitur Analecta Aeschylea. Cum Ritschelius itemque Dindorfius satis habuerint demonstrasse singulas nuntii et regis orationes eodem versuum numero contineri, nisi quod ille occasione data id unum adiecit, siugulas nuntii de adversis ducibus narrationes binis semper senariis concludi: nova exstitit quaestio, num in eis rebus, quas nuntius refert, et in eis sententiis, quas rex de hostium inani spe proponit, statuenda esset singulorum quoque versuum de industria in ordinem dispertitorum accurata dispositio et responsio. Quam in rem qui diligenter inquisiverunt, Keckius Weiliusque et Westphalius de singulis quibusdam partibus consentiunt, quale est id quod Keckius primus perspexit: duo prima colloquia ita disposita esse in binas partes, ut totidem nuntii versibus singulos hostium duces descriptos habeas, quot versibus ipse rex utitur ad iactantiam hostium refutandam, totidemque hostium clypeos, quot versibus Thebani singularum portarum defensores laudantur: sed in plerisque rebus eidem viri docti ita inter se discrepantes inierunt rationes, ut nihil possit de his pro certo affirmari, id quod satis elucere arbitror ex hoc conspectu.

Primum Weilius de paribus sermonum quinto et sexto desperat, de ceteris hanc versuum proponit descriptionem: I. A. 7 (3, 2, 2). 7 (3, 2, 2). 6. I. B. 10. 10 (i. e. 3, 3, 4 et 4, 3, 3). II. A. 5, 5, 5. II. B. 5, 5, 5. III. A. 8 (4, 4). 7 (3, 2, 2). III. B. 7 (2, 2, 3). 8 (4, 4). IV. A. 3, 3, 2.... 2, 2, 3. IV. B. 10 (3, 3, 4). 20 (4, 3, 3), ita ut grave illud verbum *θεούς* certo consilio ad alterius partis initium non sine vi reiciatur. VII. A. 10. 10. 5. VII. B. 10. 10. 5. Deinde Keckiana multo simplicior ratiocinatio est haec: I. A et B. 10. 10. II. A et B. 10. 5. VI. A et B. 2. 10. 10. 7. VII. 3. 8. 8. 5; ceterorum vero parium numeri et ipsi Keckio maxime incerti videntur. Denique Westphalius de duobus primis paribus cum Keckio consentit, reliquorum hos effecisse numeros sibi visus est: III. A. 8. 7+(1). III. B. 1+(7). 8. IV. A. 3+(5). 10+2. IV. B. 8. 10+(2). V. A. 12+12. V. B. 9+(3). 10+(2). VI. A et B. 12. 11. 7. VII. A et B. 11. 11. Ex his igitur numeris satis colligi licet ne huius quidem rei quae vera esset ratio, cognitum adhuc aut intellectum esse. Accedit, quod multo simplicior, placidior, iucundior versuum ordo quaerendus est, si modo poëta id spectasse putandus est, ut artificiosa

38) Die Gliederung des dramatischen Recitativs bei Aeschylus in Fleck. annal. 79. 1859. p. 721—731. 835—838. Über den symmetrischen Bau des Recitativs bei Aeschyl. ibid. 83. 1861. p. 377—402. Zur Verständigung über den symmetr. Bau des äsch. Recit. ibid. 87. 1863. p. 389—392; atque eadem lingua francogallica proponuntur: De la composition symmétrique du dialogue dans les tragédies d'Eschyle. Extr. du Journal général d'instruction publique. Paris 1859. 39) Litteratur über den symmetr. Bau des Recitativs bei Aesch. An Herrn Prof. Ritschl in Bonn. Fleckeis. annal. 81. 1860. p. 809—864. Noch ein Wort über d. symmetr. Bau des Aesch. Recitativs. Sendschreiben an Prof. H. Weil in Besançon, ibid. 87. 1863. p. 153—161.

tot versuum compositio ab eis, qui semel tantum haec audiebant, perspiceretur et cognosceretur, id quod fieri non posse apparet, nisi adhibita musicae modulationis varietate.

3. Sed antequam hanc rem aliquomodo absolvere studemus, pauca mihi videntur esse de ea ratione dicenda, qua Weilius nisus non binas solum dictiones, verum bina etiam dictionum paria a poëta ita exaequata esse duxit, ut primum par cum quarto, alterum cum tertio, quintum cum sexto versuum numero congrueret, septimum autem sermonum par non teneretur eadem hac lege. Neque enim stropha aut antistropha chori, sed coryphaei trimetris haec excipi et consentaneum esse singularem locum obtinere eas dictiones, quibus ipsi fratres infesti inter se componerentur. Ad hanc igitur sententiam confirmandam vir doctus duas attulit caussas: versuum finalium similitudines et chori strophas singulis non sermonibus, sed sermonum paribus appositas. Quarum una minoris videtur esse momenti. Nam ut de eis versibus taceam, quibus sententias inter se congruentes contineri voluit, cf. ad v. 346, proponuntur secundi tertiique paris clausulae 432 *λέγ' ἄλλον ἄλλαις ἐν πύλαις εἰληχότα* et 461 *κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ, μηδέ μοι φθόνει λέγων* non ita valde similes, at vero simillimae quinti sextique paris hae: 543=606 *θεῶν θελόντων τόδ' ἂν ἀληθεύσαιμ' ἔπος = θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς.* Contra alterum argumentum Weilianae sermonum dispositionis plurimum valere concedendum erit. Apud Aeschylum quidem quotiens lyrica cum iambicis alternant, etiam haec pari semper versuum numero comprehenduntur; idque non solum in eos cadit locos, ubi strophis melicis pauci tantummodo trimetri, bini, terni, quaterni, quini applicantur, ut Pers. 255 sq., Ag. 1072 sq., Suppl. 866 sq., Sept. 181 sq., 664 sq., Suppl. 732 sq., Prom. 574 sq., Suppl. 347 sq., verum etiam in illos, ubi minutissimae strophulae maiore senariorum numero excipiuntur, ut Ag. 1407 sq. ad quinorum versuum strophas bis quaterni deni accedunt trimetri, cf. G. Hermannus ad Ag. 1400, et Choëph. 1007 sq., ubi post ternos versus melicos habes trimetros bis octonos.

Denique Eumen. 778—915, quod carmen ad hoc episodium, de quo agitur, quam proxime accedit, paullo uberius exponere haud abs re fore arbitror, praesertim cum multo simpliciorem invenisse mihi videar horum centum et quinquaginta versuum inter se responsionem, quam quae adhuc ab editoribus putabatur esse. Neque enim complures transponere versus opus est, id quod Weilius tentavit, nec novos inserere vel removere quidquam, sed alterum stropharum et dictionum par (post *ἐμὲ παθεῖν τάδε*) plenum atque perfectum erit, modo unam illam lacunam, quam post 842 ed. Herm. (855 ed. Dind.) eo indicatam esse Hermannus, Dindorfius, alii recte censuerunt, quod ad verbum *τεύξει* obiectum requiritur neque illud femininum *ὅσην* proximi versus initio quidquam habet ad quod referatur, non unius tantum, sed tredecim versuum spatio determinemus, qui ad 877—889 ed. Herm. (890—902 ed. Dind.) respondeant, de quibus duo primi Minervae fuerunt, reliqui inter chorum et Minervam secundum legem stichomythiae quae dicitur divisi. Prius deinde par trimetrorum, quibus strophae *ἰὼ θεοὶ νεώτεροι* v. 770 et 797 excipiuntur, neque ab Hermanno aut Dindorfio emendatur, quorum uterque pro languido interpretamento unum versum e medio tollere studuit sine ulla caussa, hic 787 ed. Herm. (800 ed. Dind.), ille 790 (*μὴ θυμοῦσθε, μηδ' ἀκαρπίαν τεύξητ'*), neque ab Weilio, qui post 825 versum intercidisse opinabatur, sed id quod multo est simplicius quodque et antithetica ratio et verborum aptissima repetitio et ipsa sententia quam maxime suadet, non solum v. 778—793 *ἰὼ θεοὶ... ἀτιμοπενθεῖς* repetas velim, verum etiam eum qui proxime sequitur 794 *ἐμοὶ πίθεσθε μὴ βαρυστόνως φέρειν,* quod leve erratum quam facilem habeat explicationem, vix est cur dicam. Vide quam apta sit horum potissimum versuum responsio, qui sunt 770—796 et 797—822:

ἰὼ θεοὶ..... ἀτιμοπενθεῖς.
ἐμοὶ πίθεσθε μὴ βαρυστόνως φέρειν.
οὐ γὰρ νενίκησθ', ἀλλ' ἰσόψηφος δίκη
ἐξῆλθ' ἀληθῶς, οὐκ ἀτιμίᾳ σέθεν. 785
ἀλλ' ἐκ Διὸς γὰρ λαμπρὰ μαρτύρια παρῆν
αὐτός θ' ὁ χρήσας αὐτὸς ἦν ὁ μαρτυρῶν,
ὡς ταῦτ' Ὀρέστην δρῶντα μὴ βλάβας ἔχειν.
ὑμεῖς δὲ τῇ γῇ τῇδε μὴ βαρὺν κότον
σκήψησθε, μὴ θυμοῦσθε, μηδ' ἀκαρπίαν 790
τεύξητ', ἀφεῖσαι δαΐων σταλαγμάτων
βρωτῆρας αἰχμὰς σπερμάτων ἀνημέρους.
ἐγὼ γὰρ ὑμῖν πανδίκως ὑπίσχομαι
ἕδρας τε καὶ κευθμῶνας ἐνδίκου χθονὸς
λιπαροθρόνοισιν ἡμένας ἐπ' ἐσχάραις 795
ἕξειν ὑπ' ἀστῶν τῶνδε τιμαλφουμένας.

ἰὼ θεοὶ..... ἀτιμοπενθεῖς.
ἐμοὶ πίθεσθε μὴ βαρυστόνως φέρειν. 810
οὐκ ἔστ' ἄτιμοι, μηδ' ὑπερθύμως ἄγαν
θεαὶ βροτῶν στήσητε δύσκηλον χθόνα.
κἀγὼ πέποιθα Ζηνί, καὶ τί δεῖ λέγειν;
καὶ κλῆδας οἶδα δώματος μόνη θεῶν
ἐν ᾧ κεραυνός ἐστιν ἐσφραγισμένος. 815
ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ δεῖ. σὺ δ' εὐπιθὴς ἐμοὶ
γλώσσης ματαίας μὴ ἐκβάλῃς ἐπὶ χθόνα
καρπὸν φέροντα πάντα μὴ πράσσειν καλῶς.
κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος,
ὡς σεμνότιμος καὶ ξυνοικήτωρ ἐμοί· 820
πολλῆς δὲ χώρας τῆσδ' ἔτ' ἀκροθίνια
θύη πρὸ παίδων καὶ γαμηλίου τέλους
ἔχουσ' ἐς ἀεὶ τόνδ' ἐπαινέσεις λόγον.

Nam bis versus quaternos denos ita divisos habes, ut sint bis terni et bis quaterni, quae divisio minutissimis quibusque rebus maxime comprobatur, quales sunt statim ab initio v. 795=824 negatio οὐκ et singulorum enuntiatorum similitudo, v. 797=826 ἀλλ' ἐκ Διὸς.... μαρτύρια παρῆν et κἀγὼ πέποιθα Ζηνί, 801=830 μηδ' ἀκαρπίαν τεύξητ' et μὴ ἐκβάλῃς ἐπὶ χθόνα καρπόν, 805=334 ἕδρας τε καὶ... χθονός et πολλῆς δὲ χώρας τῆσδ' ἔτ' ἀκροθίνια, 807=836 ἕξειν ὑπ' ἀστῶν τῶνδε τιμαλφουμένας et ἔχουσ'.. τόνδ'... λόγον, similes. Ac ne alterius quidem paris accuratam responsionem perspicere difficilius est, cum sint post eandem stropham ἐμὲ παθεῖν τάδε κτλ. primum undeni Minervae trimetri, deinde chori et Minervae per duodenos versus diverbium, denique Minervae oratio duodenorum versuum, quae repetitio quanta cum diligentia per versus quater ternos servetur, facile intellegitur:

ὅσην παρ' ἄλλων οὔποτ' ἂν σχέθοις βροτῶν.
σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλῃς 845
μήθ' αἱματηρὰς θηγάνας, σπλάγχνων βλάβας
νέων, ἀοίνοις ἐμμανεῖς θυμώμασιν,
μήτ' ἐξελοῦσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων
ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃς Ἄρη
ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν. 850
θυραῖος ἔστω πόλεμος, οὐ μόλις παρών,
ἐν ᾧ τις ἔσται δεινὸς εὐκλείας ἔρως·
ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην.
τοιαῦθ' ἑλέσθαι σοι πάρεστιν ἐξ ἐμοῦ
εὖ δρῶσαν, εὖ πάσχουσαν, εὖ τιμωμένην 855
χώρας μετασχεῖν τῆσδε θεοφιλεστάτης.

ὅποια νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα· 890
καὶ ταῦτα γῆθεν ἔκ τε ποντίας δρόσου
ἐξ οὐρανοῦ τε κἀνέμων ἀήματα
εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα·
καρπόν τε γαίας καὶ βροτῶν ἐπίρρυτον
ἀστοῖσιν εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν χρόνῳ, 895
καὶ τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν.
τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις·
στέργω γὰρ ἀνδρὸς φιτυποιμένος δίκην
τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος. 899
τοιαῦτα σοῦστι· τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ
πρεπτῶν ἀγώνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ
τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν.

Itaque diverbium in complures partes distrahi consentaneum est ea versuum aequalitate divisas, quae concinentibus nervorum tibiarumve sonis requiritur, sententiarum autem aequalitatem in disponendis sermonum paribus non minus quam in ipsis canticis a poëta respectam vides. Quamobrem ab H. Weilio vehementer dissentio, qui versu 838 interpunctionem ita mutare conatus est, ut ὡς, σεμνότιμος καὶ ξυνοικήτωρ ἐμοί, πολλῆς δὲ χώρας κτλ. ad ea quae sequuntur construerentur

propterea, quod, numerorum ratio hoc suaderet. Nam in his trimetrorum repetitionibus id unum ante omnia spectandum erit, ne severiorem statuamus responsionem, quam quae est in chori carminibus antistrophicis, in quibus haud ita raro fit, ut sententia non in ipsius strophae fine absolvatur, sed proximae demum versu primo, cuius rei apud Aeschylum exempla infra demonstrabo esse haud pauca, unde satis apparet melicam compositionis et logicam quae dicitur rationem plerumque congruere, sed non semper eandem esse oportere.

4. Explorata et exposita horum versuum responsione viam nobis munitam esse intellegis ad cognoscendam eius episodii, de quo agere instituimus, veram rationem symmetricam. Nam sicut illo Eumenidum loco non minus centum quadraginta trimetri iambici repetitis duabus tantum strophis recte atque ordine continentur, ad eandem prorsus rationem hoc loco ducenti viginti versus insertis sex strophis describi posse nullo modo potest negari. Modo id potissimum teneamus: ex reliquis diverbiorum cum melicis mixtorum exemplis effici non posse aliam huius diverbii responsionem esse nisi eandem, quae tribus stropharum paribus interpositis indicatur ita, ut non tam singulae nuntii narrationes singulis Thebani regis responsionibus, quam singula inter se orationum paria respondeant. Itaque ratio H. Weilii, qui non solum binas dictiones, verum etiam bina dictionum paria a poëta exaequata esse censet, in universum probanda est, sed tamen eundem in eo errasse apparet, quod primum cum quarto cum tertio alterum congruere voluit, ac non primum et alterum, tertium et quartum, quintum et sextum inter se respondere, id quod arti Aeschyleae solum conveniens esse videtur.

Accedit, quod et ipsa singularum dictionum argumenta huic rationi quam maxime videntur esse accommodata. Nam optime inter se comparantur atrocissimi illi pugnaeque avidissimi Tydeus et Capaneus, uterque gigas, unus vatum sacrificiorumque contemptor, Iovis fulminantis alter; contra Melanippus e Spartorum gente, cui Mars pepercerat, et Polyphontes, qui in Dianae aliorumque numinum tutela est: ex qua comparatione statim ab initio Thebanam pietatem pugnare elucet cum summa in deos impietate. Deinde altero dictionum pari scutorum insignia maxime praedicantur. Nam Eteoclus hominem in scuto habet, qui nullum fore impedimentum gloriatur, quin muros ascendat, Hippomedo clypeo exornatus est, in quo Typhoeus ille igneo spiritu atrociter saeviens apparet: contra quos qui pugnaturi sunt Thebani, Megareus et Hyperbius unus in scuto duos ostendit patriae defensores, alter ipsum Iovem fulminantem. De tertio denique pari quid dicam? Adulescens ille fortis et ferox Parthenopaeus, qui maiorem in hasta spem quam in ipsis ponit deis, qui urbem se expugnaturum confidit invito Iove, et sapiens ille atque pius vates Amphiaraus, venturi praescius, qui de omnibus rebus desperat, nonne optime inter se opponuntur?[40])

5. Itaque de hoc dictionum pari Weilium rectissime iudicasse haud negaverim, praesertim cum versuum quoque numeri non repugnent. Traduntur enim sexto loco nuntii et regis versus undetriceni, quinto nuntii 24 + x et regis x + 13. Quod de altero pari, quo nuntii et regis continentur orationes tertia et quarta, perspicere idem impediebatur opinione illa de summa textus Aeschylei integritate praesumpta. Nam postquam Hermannus, Dindorfius, Ritschelius de versibus falso interpositis ad v. 495 sqq. rem absolverunt, habes eundem semper in quattuor illis dictionibus versuum numerum. Nam et tertia quartaque nuntii orationes quinos denos continent versus neque quidquam caussae est, cur regis quoque tertiae quartaeque responsionis

40) Illud non urgeam: singula quoque verba certis quibusdam locis repetita huic rationi convenientia esse, qualia sunt 387 *ἔχει δ' ὑπέρφρον σῆμα.. φλέγον θ' ὑπ' ἄστροις.. λαμπρὰ δὲ πανσέληνος* = 432 *ἔχει δὲ σῆμα... φλέγει δὲ λαμπάς*. 562 *θεῶν θελόντων τόδ' ἂν ἀληθεύσαιμ' ἐγώ* = 625 *θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς*.

eundem fuisse numerum negemus. Sed in tertio dictionum pari, quod est de Parthenopaeo et Amphiarao eorumque adversariis, res non ex omnibus partibus expedita est. Nam cum id, quod Ritschelius de duabus illis comparationibus sive exemplis v. 583—589 proposuerat, nemini adhuc probatum sit, denuo mihi videtur in eandem rem inquirendum esse. Omnes vero editores Keckium satis redarguisse arbitrantur sententiam Ritschelii, qui uni tantum de his comparationibus locum fuisse censet, atque adeo reliqui fere omnes in Keckii caussam perducuntur, ut certissima illa Ritschelii argumenta ab eo refutata esse opinentur. Quid igitur Keckius? In epistula, quam ad Ritschelium in Fleckeiseni annal. 81. (1860.) dedit, haec protulit (p. 827): „Wenn Sie Sich eine Stadt, eine Burg vorstellen, die vom Belagerungsnetz eingeschlossen ist und über welche dann die Gottesgeissel der Erstürmung kommt — das Gemetzel beginnt, der Gerechte wird mit den Ungerechten erwürgt oder geschlachtet, ein Entrinnen nirgends möglich, die Thore sind besetzt, den einzelnen Guten von den andern zu unterscheiden ist nicht denkbar, denn der Sieger rast —: wie, ist das nicht ein ebenso plastisches, scharf begränztes, nur viel grossartigeres Bild als das vom Untergang eines Schiffes?“ Nonne apparet hanc expressam urbis expugnatae imaginem Aeschylo maxime dignam esse? Sed Keckium in hac comparatione magnifice exornanda poëtam magis se praeclarum praestitisse quam iudicem severum facile perspexeris, modo eos qui nobis traduntur versus conferas cum hac Keckiana fictione:

ἢ γὰρ συνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ
ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει,
ἢ ξὺν πολίταις ἀνδράσιν δίκαιος ὢν
ἐχθροξένοις τε καὶ θεῶν ἀμνήμοσιν
ταὐτοῦ κυρήσας ἐνδίκως ἀγρεύματος
πληγεὶς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ δάμη.

Ecquid animadvertis de urbe aut arce? Ecquid de obsidione aut expugnatione? Ecquid de caede, iugulatione, trucidatione? Ecquid de portarum occupatione aut victorum furore? Immo vero multa in his inesse minus eleganter minusque concinne dicta vides, quae Ritschelius suo iure ab Aeschylo abiudicavit, ut *ξὺν ἀνδράσιν.. δίκαιος ὢν*, repetitio quae est in *ἀνήρ, ἀνδρῶν, ἀνδράσιν*, alia. Deinde tantum abest, ut alterum hoc de civitate exemplum ad rem praesentem accommodatum esse censeam, ut alienissimum ab hac Thebani ducis oratione esse contendam. Nam si quis verba faceret ex hostium oppugnantium exercitu ac non rex ipse urbis summa vi oppugnatae ac paene expugnatae, id ipsum exemplum aptissimum esset, quo ille unus inter omnes iustissimus in oppido expugnando exstinguendoque simul cum ceteris civibus eisque iniustissimis interfici dicitur. Nunc autem cum Thebanus rex de Amphiarao agat, qui est unus ex oppugnatorum numero: nonne intellegis quam sit ineptum illam expugnati oppidi comparationem ipsi oppidanorum regi tribui? Quare quoniam Ritschelii rationem non solum ab Keckio, sed ne ab alio quidem refutari quoquam posse vidimus, etiam illud parvi refert, quod Heimsoethius contra dicere conatus est, versus illos *ἢ γὰρ συνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ ναύτῃσι θερμοῖς* non apte cohaerere cum duobus ultimis *πληγεὶς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ δάμη, ταὐτοῦ κυρήσας ἐκδίκοις ἀγρεύματος*. Nam et participia illa *συνεισβὰς πλοῖον, ταὐτοῦ κυρήσας ἀγρεύματος, πληγεὶς θεοῦ μάστιγι* ad dictionem huius episodii paene epicam maxime conveniunt, cf. Hom *Γ*, 46 *ἦ τοιόςδε ἐὼν ἐν ποντοπόροισι νέεσσιν | πόντον ἐπιπλεύσας, ἑτάρους ἐρίηρας ἀγείρας, | μιχθεὶς ἀλλοδαποῖσι γυναῖκ' εὐειδέ' ἀνῆγες*, neque *θεοῦ μάστιγι* necessario ad captam urbem spectare, sed sicut de aliis deis deabusve, ita de

numine tridentigero apte dici facile perspicitur cum ex Aesch. Pers. 885 *δμαθέντες μεγάλαις πλαγαῖσι ποντίαισι*, tum ex Hom. *M*, 37 *Ἀργεῖοι δὲ Διὸς μάστιγι δαμέντες... ἐελμένοι ἰσχανόωντο*[41]). Itaque cum de versu 604, quem spurium esse omnes fere consentiunt, agere supersedeamus, utraque oratio vicenis quinis versibus continetur, dum modo v. 554, qui ex interpretatione alterius v. 556 natus esse videtur, cum Hermanno et vv. 565—567 cum Dindorfio eiciamus. Nam in his versibus, quos ille vetula muliere digniores nominat, neque simplex vocabulum *μήτηρ* de patria dici potest, praesertim cum *πατρὶς γαῖα* proxime sequatur, cf. v. 397, ubi *μήτηρ τεκοῦσα* idem de patria vult accipi interpretator, et *τίς - κατασβέσει* ex Ag. 958, *πατρὶς γαῖα ξύμμαχος γενήσεται* ex Pers. 793. sim. sumpta videntur, cetera autem sensu plane carent.

Ac ne prius quidem dictionum par ab eodem hoc numero abhorrere apparet, cum viginti quattuor de Parthenopaeo versus tradantur et unum post 519 adiciendum esse constet, ubi ipse Parthenopaeus nomine appellatus erat, ad quem v. 530 optime applicari Ritschelius perspexit. Reliqua autem omnia mihi sana esse videntur. Etenim de his ultimis versibus damnandis Ritschelium subtilius quam verius disputasse arbitror. Nam in eo, quod ad v. 526 *ἐλθὼν δ' ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην* subiectum intellegitur *Παρθενοπαῖος*, non id quod proximi verbi *φέρει* est subiectum *Σφίγξ*, etsi Ritschelio aliter visum est, tamen nihil offensionis esse censeo propterea, quod idem *Παρθενοπαῖος* ad verbum *ἐνώμα* pertinet atque id quod interponitur *φέρει* verbum finitum pro participio *φέρουσαν* paratactice positum est ex epicorum poëtarum dicendi consuetudine. Quare ultima haec verba in hunc fortasse modum restituuntur:

[τίς ἀρκέσει τὸν] Ἀρκά[δ']· ὁ δὲ τοιόςδ' ἀνὴρ
Ἄργει μέτοικος ἐκτίνειν καλὰς τροφάς,

ut sit eadem clausula binaria, quae in ceteris quoque nuntii narrationibus. Nomen enim *Ἀρκάς* hoc loco olim fuisse vel inde verisimile fit, quod tum facillime explicatur, cur ad hunc ipsum versum illud *Παρθενοπαῖος* adscriptum sit; idque in casu obliquo, quod illud *ὁ δὲ* sequitur. Pronomen denique *τοιόςδε* cum infinitivo coniungi data occasione moneo, sicut apud Homerum *β*, 60 *ἡμεῖς οὐ τοῖοι ἀμυνέμεν*, Aesch. Ag. 1034 *τοιοῦτος ὥστε θρηνητοῦ τυχεῖν*. cf. Hom. *Z*, 463. Aesch. Ag. 490. similia.

6. Itaque cum unum restare videas primum sermonum par, quod severissimis antitheticae compositionis legibus repugnet, ne longum sit, ceteris rebus omissis omnibus, id unum spectemus. Primam nuntii orationem duo potissimum viri sunt qui versibus falso interpositis auctam esse arbitrabantur. Henricus enim Wolfius in dissertatione inaugurali, quae inscribitur Analecta Aeschylea (Berolini 1881. p. 20.) versus 360 et 361 spurios esse contendit, levissimis caussis ductus, quas improbandas esse ostendisse mihi videor in eius dissertationis censura, quae Bursiani annalibus XXXVI. (1883. III.) p. 353. inseritur. Ut unum afferam, repetitio illa quae est in *Τυδεὺς μὲν — Τυδεὺς δὲ* — haud aliena est ab reliquis narrationibus nuntii, quem poëta certo

41) Ceterum scholion A. ad v. 584 *θερμοῖς καὶ σπουδαίοις εἰς τὸ πανουργεύεσθαι* magis Ritschelii emendationi (*προσσχοῦσι τὸν νοῦν* vel tale quid conicientis) quam Weilianae (*ἐν* pro *καί*) favere per se patet; vers. autem 591 centonem esse facillime e contentione proximorum versuum efficitur, ex quibus conflatus videtur: 579 *δίκαιον ἄνδρα*, 583 *εὐσεβὴς ἀνήρ*, 576 *ἀγαθός*, 549 *σώφρων*; contra 582 optime a Keckio lenissima mutatione (*ἀρούρας θάνατος*) emendatur, quo in loco siquis *καποφωνίαν* inesse velit, is comparet alios, qualis est v. 254 *χώρας τοῖς πολισσούχοις θεοῖς πεδιονόμοις τε κἀγορᾶς ἐπισκόποις Δίρκης τε πηγαῖς*, ubi eadem littera in fine verborum novies occurrit, 620. 660. 268; et id unum respiciat, quod non solum in diversis litteram ς terminationibus habes, verum etiam in diversis versus partibus, cum sit *της* in arsi, *ας* in thesi, *θάνατος* post caesuram primariam applicetur.

quodam consilio fecit duro admodum et incompto dicendi genere ipsas res renuntiantem, id quod ex multis aliis quae afferuntur molestae illius verborum repetitionis exemplis probatur, velut *βίαν* 550. 552. 558, *χθόνα* 568. 569, *προσίσταται. ἐφίσταται* 518. 519, *τρόπον* 444, 446, quae sine ulla caussa ab editoribus in suspicionem vocantur. Id unum Wolfio concedendum erit Aeschylum non ad eam neglegentiam progressum esse, ut duas illas in vv. 361 et 374 eiusdem rei comparationes in eadem dictione ab eodem nuntio proponi vellet. At vero considerantibus nobis, utra harum deleatur, haec prior servanda, posterior damnanda videtur. Nam altera de equo comparatio detrita est, haec prior de dipsade medio sole perusta multo exquisitior maxime quadrat in hunc locum, quippe qua summa cupiditas hominis pugnam ardenter sitientis declaretur. Quod Paleius etsi bene intellexit, tamen nihil removit nisi duos versus, quibus ipsa comparatio continetur, 374 et 375, at idem proximos quoque secludere poterat. Nam cum plane eadem dicantur, quae antea iam dicta sunt: *μάχης ἐρῶν*, quibus verbis repetuntur ea quae antecedunt multo elegantiora *μάχης λελιμμένος*, *βοᾷ* et *βοᾷ*, *παρ' ὄχθαις ποταμίαις* et *πόρον δ' Ἰσμηνὸν οὐκ ἐᾷ περᾶν*, quidni plus quam duos illos versus falso interpositos opinemur, praesertim cum verba illa *πρέσβιστον ἄστρων, νυκτὸς ὀφθαλμός* ab nuntii in rebus describendis simplicitate abhorrere videantur, cuius rei testimonium fortasse in scholio Mediceo latet, ubi ad v. 370 *ἐν τῷ μέσῳ τοῦ σάκους* adscriptum habes, quod ineptum esset, si *ἐν μέσῳ σάκει* olim legeretur ac non *ἐν μέσῳ πρέπει*?

Quae si recte disputata sunt, haud parva exsistit suspicio de postrema primae responsionis parte. Itaque quos versus Ritschelius non suo loco esse optime demonstravit 396—397, eosdem pro spuriis habere quam alio loco inserere malemus, utpote qui ne ipsi quidem sine offensione sint. Nam cum antea de Marte armorum arbitro, qui genti Spartorum pepercerat, et de Dice dea consanguinea agatur, non possumus assequi, quemadmodum *τεκούσῃ μητρί* de patria communi omnium parente dicatur; deinde illud *κάρτα* post unius versus intervallum ab Eteocle rege repetitum valde displicet. Quid, quod v. 393 *αἰσχρῶν γὰρ ἀργός, μὴ κακὸς δ' εἶναι φιλεῖ* tantam habet ieiunitatem, quantam ab Aeschylo optimo iure abiudicabis, neque ea, quae proxime antecedunt, *στιγοῦνιθ' ὑπέρφρονας λόγους* apta esse videntur? Nam usque adhuc in Tydeo sola cupiditas pugnandi illustratur, quae ne vatum quidem admonitionibus retinetur, sed *λόγοι ὑπέρφρονες*, ad quos haec verba interposita spectare videntur, in proximis demum nuntii orationibus inveniuntur de Capaneo (v. 424 *Ζηνὶ κυμαίνοντ' ἔπη*), de Eteoclo (v. 450 *ὡς οὐδ' ἂν Ἄρης σφ' ἐκβάλοι πυργωμάτων*, de Parthenopaeo (v. 511 *ἦ μὴν λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ Διός*).

7. Quare quamquam hac data occasione nec omnia ad certum quendam finem perducuntur nec omnino perduci posse videntur, si eas quas proposui rationes sequendas esse censes, non sine aliqua veri similitudine hoc episodium in hunc modum disponere audebis:

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ

ὅ τοι κατόπτης, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, στρατοῦ 350
πευθώ τιν' ἡμίν, ὦ φίλοι, νέαν φέρει,
σπουδῇ διώκων πομπίμους χνόας ποδῶν.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ

καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' αὐτός, Οἰδίπου τόκος,
εἶσ' ἀρτίκολλον ἀγγέλου λόγον μαθεῖν.
σπουδὴ δὲ καὶ τοῦδ' οὐκ ἀπαρτίζει πόδα. 355

ΑΓΓΕΛΟΣ. (*προῳδός.*)

λέγοιμ' ἂν εἰδὼς εὖ τὰ τῶν ἐναντίων,
ὥς τ' ἐν πύλαις ἕκαστος εἵληχεν πάλον.

Ι. Α. (*ΑΓΓΕΛΟΣ.*) (*Τυδεύς.*) 358

Τυδεὺς μὲν ἤδη πρὸς πύλαισι Προιτίσιν
βρέμει, πόρον δ' Ἰσμηνὸν οὐκ ἐᾷ περᾶν

Ι. Α'. ΑΓΓΕΛΟΣ. (*Καπανεύς.*)

τούτῳ μὲν οὕτως εὐτυχεῖν δοῖεν θεοί. 403
Καπανεὺς δ' ἐπ' Ἠλέκτραισιν εἵληχεν πύλαις,

ὁ μάντις· οὐ γὰρ σφάγια γίγνεται καλά. 360
Τυδεὺς δὲ μαργῶν καὶ μάχης λελιμμένος
μεσημβριναῖς κλαγγαῖσιν ὡς δράκων βοᾷ.
θένει δ' ὀνείδει μάντιν Οἰκλείδην σοφόν,
σαίνειν μόρον τε καὶ μάχην ἀψυχίᾳ·
τοιαῦτ' ἀυτῶν τρεῖς κατασκίους λόφους 365
σείει, κράνους χαίτωμ'· ὑπ' ἀσπίδος δὲ τῷ
χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φόβον.
ἔχει δ' ὑπέρφρον σῆμ' ἐπ' ἀσπίδος τόδε,
φλέγον θ' ὑπ' ἄστροις οὐρανὸν τετυγμένον· 369
λαμπρὰ δὲ πανσέληνος ἐν μέσῳ[42]) πρέπει.[43])
τίν' ἀντιτάξεις τῷδε; τίς Προίτου πυλῶν
κλῆθρων λυθέντων προστατεῖν φερέγγυος;

Ι. Β. ΕΤΕΟΚΛΗΣ. (*Μελάνιππος.*)

κόσμον μὲν ἀνδρὸς οὔ τιν' ἂν τρέσαιμ' ἐγώ,
οὐδ' ἑλκοποιὰ γίγνεται τὰ σήματα,
λόφοι δὲ κώδων τ' οὐ δάκνουσ' ἄνευ δορός. 380
καὶ νύκτα ταύτην ἣν λέγεις ἐπ' ἀσπίδος
ἄστροισι μαρμαίρουσαν οὐρανοῦ κυρεῖν,
τάχ' ἂν γένοιτο μάντις ἀνοία τινί.
εἰ γὰρ θανόντι νὺξ ἐπ' ὄμμασιν[45]) πέσοι,
τῷ τοι φέροντι σῆμ' ὑπέρκομπον τόδε 385
γένοιτ' ἂν ὀρθῶς ἐνδίκως τ' ἐπώνυμον,
καὐτὸς καθ' αὑτοῦ τήνδ' ὕβριν μαντεύσεται.
ἐγὼ δὲ Τυδεῖ κεδνὸν Ἀστακοῦ τόκον
τῶνδ'[46]) ἀντιτάξω προστάτην πυλωμάτων[47])
σπαρτῶν δ' ἀπ' ἀνδρῶν, ὧν Ἄρης ἐφείσατο,
ῥίζωμ' ἀνεῖται, κάρτα δ' ἔστ' ἐγχώριος 394
Μελάνιππος· ἔργον δ' ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ.[48])

στρ. Α. τὸν ἁμὸν νυν... ἰδέσθαι.

ΙΙ. Α. ΑΓΓΕΛΟΣ. (*Ἐτέοκλος.*)

καὶ μὴν τὸν ἐντεῦθεν λαχόντα πρὸς πύλαις
λέξω. τρίτῳ γὰρ Ἐτεόκλῳ τρίτος πάλος
ἐξ ὑπτίου πήδησεν εὐχάλκου κράνους, 440
γίγας ὅδ' ἄλλος, τοῦ πάρος λελεγμένου 405
μείζων, ὁ κόμπος δ' οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ·
πύργοις δ' ἀπειλεῖ δεῖν' ἃ μὴ κραίνοι τύχη.
θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν
καὶ μὴ θέλοντός φησιν, οὐδὲ τὴν Διὸς
ἔριν πέδοι σκήψασαν ἐμποδὼν σχεθεῖν· 410
τὰς δ' ἀστραπάς τε καὶ κεραυνίους βολὰς
μεσημβρίνοισιν θάλπεσιν προσήκασεν.
ἔχει δὲ σῆμα γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον,
φλέγει δὲ λαμπὰς διὰ χερῶν ὡπλισμένη,
χρυσοῖς δὲ φωνεῖ γράμμασιν· πρήσω πόλιν. 415
τοιῷδε φωτὶ δ' ἔνεπε,[44]) τίς ξυστήσεται;
τίς ἄνδρα κομπάζοντα μὴ τρέσας μενεῖ;

Ι. Β'. ΕΤΕΟΚΛΗΣ. (*Πολυφόντης.*)

καὶ τῷδε κέρδει κέρδος ἄλλο τίκτεται·
τῶν τοι ματαίων ἀνδράσιν φρονημάτων
ἡ γλῶσσ' ἀληθὴς γίγνεται κατήγορος. 420
Καπανεὺς δ' ἀπειλεῖ δρᾶν παρεσκευασμένοις,[49])
θεοὺς δ' ἀτίζων κἀπογυμνάζων στόμα
χαρᾷ ματαίᾳ θνητὸς ὢν εἰς οὐρανὸν
πέμπει γεγωνὰ Ζηνὶ κυμαίνοντ' ἔπη.
πέποιθα δ' αὐτῷ ξὺν δίκῃ τὸν πυρφόρον 425
ἥξειν κεραυνόν, οὐδὲν ἐξηκασμένον
μεσημβρίνοισιν θάλπεσιν τοῖς ἡλίου.
ἀνὴρ δ' ἐπ' αὐτῷ, κεἰ στόμαργός ἐστ' ἄγαν,
αἴθων τέτακται λῆμα, Πολυφόντου βία,
φερέγγυον φρούρημα, προστατηρίας 430
Ἀρτέμιδος εὐνοίαισι σύν τ' ἄλλοις θεοῖς.
λέγ' ἄλλον ἄλλαις ἐν πύλαις εἱλιχότα.

ἀντιστρ. Α'. ὅλοιθ' ὃς πόλει... ἐκλαπάξαι.

ΙΙ. Α'. ΑΓΓΕΛΟΣ. (*Ἱππομέδων.*)

τέταρτος ἄλλος, γείτονας πύλας ἔχων 467
Ὄγκας Ἀθάνας, ξὺν βοῇ παρίσταται,
Ἱππομέδοντος σχῆμα καὶ μέγας τύπος·

---

42) σάκει, | πρέσβιστον ἄστρων, νυκτὸς ὀφθαλμός. 43) τοιαῦτ' ἀλύων ταῖς ὑπερκόμποις σάγαις | βοᾷ παρ' ὄχθαις ποταμίαις, μάχης ἐρῶν, | ἵππος χαλινῶν δ' ὡς κατασθμαίνων μένει, | ὅστις βοὴν σάλπιγγος ὁρμαίνει μένων, de quibus duos ultimos eiecit Paleius. 44) πέμπε, emendavit Wecklein, Fleck. annal. 113, p. 330.

45) sic scholion, *M.* ὀφθαλμοῖς. 46) *M.* τόνδ', τῶνδ' Grotius, Ritschelius, Dindorfius.

47) sequebantur: μάλ' εὐγενῆ τε καὶ τὸν αἰσχύνης θρόνον | τιμῶντα καὶ στυγοῦνθ' ὑπέρφρονας λόγους. | αἰσχρῶν γὰρ ἀργός, μὴ κακὸς δ' εἶναι φιλεῖ. 48) accedunt Δίκη δ' ὁμαίμων κάρτα νιν προστέλλεται | εἴργειν τεκούσῃ μητρὶ πολέμιον δόρυ, quos versus non suo loco esse Ritschelius demonstravit cf. p. 27. 49) sic Weilius, Med. παρεσκευασμένος.

πύλαισι Νηΐσταισι προσβαλεῖν λόχον.
ἵππους δ' ἐν ἀμπυκτῆρσιν ἐμβριμωμένας
δινεῖ, θελούσας πρὸς πύλαις πεπτωκέναι.
φιμοὶ δὲ συρίζουσι βάρβαρον τρόπον,
μυκτηροκόμποις πνεύμασιν πληρούμεναι. 445
ἐσχημάτισται δ' ἀσπὶς οὐ σμικρὸν τρόπον·
ἀνὴρ δ' ὁπλίτης κλίμακος προσαμβάσεις
στείχει πρὸς ἐχθρῶν πύργον, ἐκπέρσαι θέλων.
βοᾷ δὲ χοῦτος γαμμάτων ἐν ξυλλαβαῖς,
ὡς οὐδ' ἂν Ἄρης σφ' ἐκβάλοι πυργωμάτων. 450
καὶ τῷδε φωτὶ πέμπε τὸν φερέγγυον
πόλεως ἀπείργειν τῆσδε δούλιον ζυγόν.

II. B. ΕΤΕΟΚΛΗΣ. (Μεγαρεύς.)

πέμποιμ' ἂν ἤδη. τὸν δὲ σὺν τύχῃ γέ τῳ[51])

καὶ δὴ πέπεμπτ', οὐ κόμπον ἐν χεροῖν ἔχων,
Μεγαρεὺς Κρέοντος σπέρμα τοῦ σπαρτῶν γένους,
ὃς οὔτι μάργων ἱππικῶν φρυαγμάτων 456
βρόμον φοβηθεὶς ἐκ πυλῶν χωρήσεται,
ἀλλ' ἢ θανὼν τροφεῖα πληρώσει χθονί,
ἢ καὶ δύ' ἄνδρε καὶ πόλισμ' ἐπ' ἀσπίδος
ἑλὼν λαφύροις δῶμα κοσμήσει πατρός. 460
κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ, μηδέ μοι φθόνει λέγων.

στρ. B. ἐπεύχομαι... κοταίνων.

III. A. ΑΓΓΕΛΟΣ. (Παρθενοπαῖος.)

οὕτως γένοιτο· τὸν δὲ πέμπτον αὖ λέγω,
πέμπταισι προσταχθέντα Βορραίαις πύλαις,
τύμβον κατ' αὐτὸν Διογενοῦς Ἀμφίονος. 509
[Ἀρκὰς δὲ Παρθενοπαῖος, Ἀταλάντης γόνος]
πύργοις ἀπειλεῖ τοῖσδ' ἃ μὴ κραίνοι θεός.[55])

ἄλω δὲ πολλήν, ἀσπίδος κύκλον λέγω, 470
ἔφριξα δινήσαντος· οὐκ ἄλλως ἐρῶ.
ὁ σηματουργὸς δ' οὔ τις εὐτελὴς ἄρ' ἦν,
ὅστις τόδ' ἔργον ὤχμασεν[50]) πρὸς ἀσπίδι,
Τυφῶν' ἱέντα πύρπνοον διὰ στόμα
λιγνὺν μέλαιναν, αἰόλην πυρὸς κάσιν· 475
ὄφεων δὲ πλεκτάναισι περίδρομον κύτος
προσηδάφισται κοιλογάστορος κύκλου.
αὐτὸς δ' ἐπηλάλαξεν, ἔνθεος δ' Ἄρει
βακχᾷ πρὸς ἀλκὴν Θυιὰς ὡς φόβον βλέπων.
τοιοῦδε φωτὸς πεῖραν εὖ φυλακτέον. 480
φόβος γὰρ ἤδη πρὸς πύλαις κομπάζεται.

II. B'. ΕΤΕΟΚΛΗΣ. (Ὑπέρβιος.)

πρῶτον μὲν Ὄγκα Παλλὰς ἥδ'[52]) ἀγχίπτολις,
πύλαισι γείτον'[53]) ἀνδρὸς ἐχθαίρουσ' ὕβριν,
εἴρξει νεοσσῶν ὡς δράκοντα δύσχιμον·
Ὑπέρβιος δὲ κεδνὸς Οἴνοπος τόκος 485
ἀνὴρ κατ' ἄνδρα τοῦτον ἠρέθη, θέλων
ἐξιστορῆσαι μοῖραν ἐν χρείᾳ τύχης·
οὔτ' εἶδος οὔτε θυμὸν οὔθ' ὅπλων σχέσιν
μωμητός, Ἑρμῆς δ' εὐλόγως ξυνήγαγεν.
ἐχθρὸς γὰρ ἀνὴρ ἀνδρὶ τῷ ξυστήσεται. 490
ξυνοίσετον δὲ πολεμίους ἐπ' ἀσπίδων
θεούς. ὁ μὲν γὰρ πύρπνοον Τυφῶν' ἔχει,
Ὑπερβίῳ δὲ Ζεὺς πατὴρ ἐπ' ἀσπίδος
σταδαῖος ἥσται διὰ χερὸς βέλος φλέγων.
κοὔπω τις εἶδεν Ζῆνά του νικώμενον· 495
πρὸς τῶν κρατούντων δ' ἐσμέν, οἱ δ' ἡσσωμένων.[54])

ἀντιστρ. B'. πέποιθα... ἰάψειν.

III. A'. ΑΓΓΕΛΟΣ. (Ἀμφιάραος.)

ἕκτον λέγοιμ' ἂν ἄνδρα σωφρονέστατον
ἀλκήν τ' ἄριστον, μάντιν, Ἀμφιάρεω βίαν. 550
Ὁμολωΐσιν δὲ πρὸς πύλαις τεταγμένος
κακοῖσι βάζει πολλὰ Τυδέως βίαν,
τὸν ἀνδροφόντην, τὸν πόλεως ταράκτορα,[56])

50) sic Stadtmüller. *M.* ὤπασεν. 51) *M.* δέτωι, cf. p. 20 sq. 52) *M.* ἥτ'. 53) γείτον' Ritschelius. *M.* γείτων. 54) ante hunc versum: τοιάδε μέντοι προσφίλεια δαιμόνων, post: εἰ Ζεύς γε Τυφῶ καρτερώτερος μάχῃ· | εἰκὸς δὲ πράξειν ἄνδρας ὧδ' ἀντηρέτας, | Ὑπερβίῳ δὲ πρὸς λόγον τοῦ σήματος | σωτὴρ γένοιτ' ἂν Ζεὺς ἐπ' ἀσπίδος τυχών, quos damnavit Ritschelius (Hermannus, Dindorfius); τοῦ in v. antec. Elmsleius. *M.* που.

55) hunc versum, quem M. in fine orationis praebet, huc retraxit Ritschelius. 56) sequ. μέγιστον Ἄργει τῶν κακῶν διδάσκαλον, delevit Hermannus.

ὄμνυσι δ' αἰχμήν, ἣν ἔχει μᾶλλον θεοῦ 510
σέβειν πεποιθὼς ὀμμάτων θ' ὑπέρτερον,
ἢ μὴν λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ
Διός· τόδ' αὐδᾷ μητρὸς ἐξ ὀρεσκόου
βλάστημα καλλίπρῳρον, ἀνδρόπαις ἀνήρ.
στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηίδων 515
ὥρας φυούσης ταρφὺς ἀντέλλουσα θρίξ.
ὁ δ' ὠμόν, οὔ τι παρθένων ἐπώνυμον
φρόνημα, γοργὸν δ' ὄμμ' ἔχων προσίσταται·
καὶ μὴν ἀκόμπαστός γ' ἐφίσταται πύλαις.
τὸ γὰρ πόλεως ὄνειδος ἐν χαλκηλάτῳ 520
σάκει, κυκλωτῷ σώματος προβλήματι,
Σφίγγ' ὠμόσιτον προσμεμηχανημένην
γόμφοις ἐνώμα, λαμπρὸν ἔκκρουστον δέμας,
φέρει δ' ὑφ' αὐτῇ φῶτα Καδμείων ἕνα. 524
ὡς πλεῖστ' ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἰάπτεσθαι βέλη.[57])
ἐλθὼν δ' ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην,
μακρᾶς κελεύθου δ' οὐ καταισχυνεῖν πόρον.
[τίς ἀρκέσει τὸν] Ἀρκά[δ'.] ὁ δὲ τοιόσδ' ἀνὴρ
Ἄργει μέτοικος ἐκτίνειν καλὰς τροφάς.

Ἐρινύος κλητῆρα, πρόσπολον φόνου, 555
κακῶν τ' Ἀδράστῳ τῶνδε βουλευτήριον·
καὶ τὸν σὸν αὖθις προσθροῶν ὁμόσπορον[58])
ἐξυπτιάζων ὄμμα,[59]) Πολυνείκους βίαν,
δίς τ' ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐνδατούμενος
καλεῖ. λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος διὰ στόμα· 560
ἦ τοῖον ἔργον καὶ θεοῖσι προσφιλές
καλόν τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθυστέροις,
πόλιν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
πορθεῖν, στράτευμ' ἐπακτὸν ἐμβεβληκότα;[60])
ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῶ χθόνα,
μάντις κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονός.
μαχώμεθ', οὐκ ἄτιμον ἐλπίζω μόρον. 570
τοιαῦθ' ὁ μάντις ἀσπίδ' εὔκυκλον νέμων
πάγχαλκον ηὔδα· σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλῳ.
οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. 575
τούτῳ σοφούς τε κἀγαθοὺς ἀντηρέτας
πέμπειν ἐπαινῶ· δεινὸς ὃς θεοὺς σέβει.

III. B. ΕΤΕΟΚΛΗΣ. (Ἄκτωρ.)

εἰ γὰρ τύχοιεν ὧν φρονοῦσι πρὸς θεῶν[61])

III. B'. ΕΤΕΟΚΛΗΣ. (Λασθένης.)

φεῦ τοῦ ξυναλλάσσοντος ὄρνιθος βροτοῖς
δίκαιον ἄνδρα τοῖσι δυσσεβεστάτοις.
ἐν παντὶ πράγει δ' ἔσθ' ὁμιλίας κακῆς 580
κάκιον οὐδέν, καρπὸς οὐ κομιστέος
ἄτης ἀρούρας θάνατος ἐκκαρπίζεται.[62])
ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ[63])
ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινί
[προσσχοῦσι τὸν νοῦν ἐν φρενῶν δυσβουλίαις]
ταὐτοῦ κυρήσας ἐκδίκοις ἀγρεύματος
πληγεὶς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ δάμη.
οὕτως ὁ μάντις, υἱὸν Οἰκλέους λέγω,[64]) 590
μέγας προφήτης, ἀνοσίοισι συμμιγεὶς
θρασυστόμοισιν ἀνδράσιν βίᾳ φρενῶν

---

57) ὡς πλεῖστα nihil aliud valere posse nisi quam plurima Hermannus perspexit. Infinitivus absolutus ponitur secundum Buttmanni gramm. graec. §. 141. 3. Annot. 6. 58) M. πρὸς μόραν ἀδελφεόν, unde προσθροῶν Stadtmüller, ὁμόσπορον Dindorfius. 59) M. ὄνομα, emend. Schuetzius. 60) sequ. μητρὸς δὲ πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη, | πατρὶς δὲ γαῖα σῆς ὑπὸ σπουδῆς δορὶ | ἁλοῦσα πῶς σοι ξύμμαχος γενήσεται; del. Dindorfius. 61) de hac lacuna, quam Dindorfius, Ritschelius, Martinus, alii statuunt, cf. p. 20.
62) M. ἄρουρα θάνατον, emend. Keckius. 63) hic versus et sequentes ex Ritschelii sententia cf. p. 25 sq. 64) sequ. σώφρων δίκαιος ἀγαθὸς εὐσεβὴς ἀνήρ.

αὐτοῖς ἐκείνοις ἀνοσίοις κομπάσμασιν,
ἢ τᾶν πανώλεις παγκάκως τ' ὀλοίατο.

ἔστιν δὲ καὶ τῷδ', ὃν λέγεις τὸν Ἀρκάδα,
ἀνὴρ ἄκομπος, χεὶρ δὲ δρᾷ[65]) τὸ δράσιμον, 535
Ἄκτωρ, ἀδελφὸς τοῦ πάρος λελεγμένου·
ὃς οὐκ ἐάσει γλῶσσαν ἐργμάτων ἄτερ
ἔσω πυλῶν ῥέουσαν ἀλδαίνειν κακά,

οὐδ' ἐξαμεῖψαι θηρὸς ἐχθίστου δάκους
εἰκὼ φέροντα πολεμίας ἐπ' ἀσπίδος· 540
ἔξω δ' ἐκείνη[66]) τῷ φέροντι μέμψεται
πυκνοῦ κροτησμοῦ τυγχάνουσ' ὑπὸ πτόλιν.
θεῶν θελόντων ἂν δ' ἀληθεύσαιμ' ἐγώ.[67])

στρ. Γ. ἱκνεῖται... ἐν γᾷ.

τείνουσι πομπὴν τὴν μακρὰν πάλιν μολεῖν,
Διὸς θέλοντος συγκαθελκυσθήσεται. 595

δοκῶ μὲν οὖν σφε μηδὲ προσβαλεῖν πύλαις,
οὐχ ὡς ἄθυμος οὐδὲ λήματος κάκη,
ἀλλ' οἶδεν ὡς σφε χρὴ τελευτῆσαι μάχῃ,
εἰ καρπὸς ἔσται θεσφάτοισι Λοξίου.
φιλεῖ δὲ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια. 600

ὅμως δ' ἐπ' αὐτῷ φῶτα Λασθένους βίαν
ἐχθρόξενον πυλωρὸν ἀντιτάξομεν,
γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φύει[68])
παρ' ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δόρυ. 605
θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς.

ἀντιστρ. Γ'. κλύοντες... κεραυνῷ.

Huic versuum dispositioni id unum maxime favere vides, quod semper singulae dictiones in ternas vel quinas quinorum versuum partes dividuntur ad eandem fere rationem, quae in simillimo illo Eumenidum carmine amoebaeo probanda esse videbatur, ubi bis duodecim versus in pares semper ternorum versuum partes distrahuntur. Atque haec dispositio quinaria si cui minus probatur propterea, quod in his quattuor et quadraginta quinionibus decies v. 383. 423. 443. 448. 457. 478. 487. 492. 555. 560 non accedit gravior sententiarum conclusio vel verborum interpunctio, is ea, quae supra iam diximus, spectet velim: cum huius rei non sit logica, quae dicitur, sed musica ratio, idem fieri posse, quod saepius in melicis quoque carminibus fieri animadvertimus, ut singula verba graviora vel sententiarum partes primo demum proximae strophae vel antistrophae versu cum vi quadam ponantur. Cuius rei exemplum ut afferam ex multis unum, Aeschyli Ag. 223 dico, ubi *βίᾳ χαλινῶν τ' ἀναύδῳ μένει* ad ultimam antecedentis antistrophae enuntiationem supplendam sumi poëta voluit. Quam ob rem loci optimam habent excusationem hi: 383. 423. 448. 457. 477. 487. 492 (*θεούς*, id quod Weilius perspexit). 560 (*καλεῖ.*), ut duo tantummodo in his quattuor et quadraginta locis remaneant 443 et 555, ubi maior aliqua inter sententiarum quinionumque conclusiones discrepantia cognoscitur. Neque vero huius discrepantiae exempla melica desunt, id quod facile intelleges ex carminis huius fabulae tertii vv. 723—738 et Agam. 171—204, ubi singula enuntiata per trium stropharum spatium extendi, mediis strophis novam incipi orationis partem apparet eodem fere modo, quo his duobus de quibus agimus locis.[69]) Aliud eiusdem rei insigne exemplum in ultimo quoque huius fabulae carmine etsi Hermanno aliisque iam diu probatum est, tamen cum ab Weilio rursus in suspicionem vocetur, extrema huius programmatis parte illustrandum nobis proposuimus, praesertim cum alia quoque eiusdem carminis vitia non satis perspecta esse videantur.

65) *δρᾷ* M. Hauptius. M. *ὁρᾷ*. 66) sic Heimsoethius, M. *ἔξωθεν εἴσω*. 67) M. *δ' ἄν*, transposuit Wellauerus; elegantius Weilius coniecit: *τόδ' ἂν ἀληθεύσαιμ' ἔπος*. 68) sequ. *ποδῶκες ὄμμα, χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται*, del. Dindorfius. 69) Ceterum haud scio an partitionis quinariae, quam fecimus, vestigium lateat in eo, quod ante versum 388 codex Mediceus paragraphum praefixam habet.

III.

1. *De carmine illo anapaestico* quod est v. 802—811 eandem etiamnunc teneo sententiam, quam olim in quaest. metr. de numero anapaest. Lips. 1869. p. 41. protuli. Lacuna enim, quam post v. 804 statuo, si *ῥύεσθε* legis, ex correpta ultima syllaba, sin *ῥύεσθαι* praefers, eo probatur, quod enuntiati relativi (*οἳ δὴ Κάδμου πύργους τούσδε ῥύεσθαι*) verbum finitum requiritur. Quam quidem lacunam cum Prienio verbis *ἀρχαίους* vel adeo *ὠγυγίους* expleri non posse ex eis quas de versu paroemiaco §. 17 docui rationibus apparet. Quas in dubium vocare eo minus poteris, quod de tribus illis locis, qui his repugnare videbantur, duo iam ad codicis Laurentiani scripturam emendantur: Aesch. Pers. 55 *καὶ τοξουλκῷ λήματι πιστούς* et Soph. Ant. 939 *ἄγομαι δὴ ἐγὼ κοὐκέτι μέλλω*, unus autem, qui remanet, Ai. 1416 mea quidem sententia perfacile particula *ποτέ* post *πω* inserta restituitur: *κοὐδενὶ πώποτε λώονι θνητῶν* | *Αἴαντος κτλ.*, cf. Ar. Vesp. 1027 *οὐδενὶ πώποτέ φησὶ πυθέσθαι.*

Deinde versus 807 et 808 *ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχους;* id quod ab Aug. Meinekio philol. XX. p. 61 iam intellectum p. 11 admonueram, aliqua ex parte corruptos esse eo fit multo verisimilius, quod neque syllabae istae quattuor breves *μονας* | *ἀτέκ-*, licet caesura intercedat, bene congruunt, neque dactylus (*-δαίμονας*) post spondeum (*καὶ δυσ-*) vel anapaestum eadem dipodia occurrens offensione carere videtur, nisi singulis quibusdam locis, ubi aut ab altero proximae dipodiae dactylo excipitur, ut Ag. 92. suppl. 1054. Soph. Trach. 1275, aut propter nomen proprium excusatur, ut Aesch. suppl. 6, aut ubi vocales facillime coalescunt, ut Ag. 360 (*δίκτυον*), Arist. Vesp. 624 (*τὸ δικαστήριον*). Iam vero ad has metricas rationes accedit, quod alterum illud *ἀτέκνους* alia quoque de caussa vix ferendum videtur, cum 'liberis carentes' invitis fabulis exponi non possit. Itaque his verbis *δυσδαίμονας* et *ἀτέκνους* veram olim scripturam explicatam fuisse similis quodammodo evincit scholii Medicei interpretatio *ἐπὶ κακῷ τεχθέντας ἢ τοὺς μὴ τεκνοποιήσαντας.* Nonne igitur inde elucet verbum aliquod hoc loco fuisse, cuius duplex esse potuit vis et male nati (*δυσδαίμων*) et malos vel omnino nullos natos habentis (*ἄτεκνος*)? Quid, si conicias *τοὺς δυστέκνους* | *ἄνδρας* et in scholio *δυστέκνους· ἢ δυσδαίμονας καὶ ἐπὶ κακῷ τεχθέντας ἢ ἀτέκνους καὶ μὴ τέκνα ποιήσαντας*?

Tertio denique loco v. 810, id quod Hermannus primus intellexit, monometrum anapaesticum intercidisse quamquam nemo nunc negat, tamen dubium est, quae verba exciderint, utrum *κλεινοί τ' ἐτεόν* an *σύν τ' εὐκλείᾳ*, qualia Hermannus proposuit. Quare etsi alia quoque possunt excogitari, cum tanta in hac re accuratione non opus sit, ut utraque vocabuli pars et *Ἐτεο-* et *κλέης* respiciatur, ego *καὶ πολυκληεῖς* quam *κάτεοκληεῖς* maluerim propterea, quod tum facile potuit fieri, ut haec ipsa verba oculo ad proxima *καὶ πολυνεικεῖς* aberrante neglegerentur.

2. Ac ne de primo quidem stropharum pari multa verba facienda esse arbitror. Nam praeter v. 817, ubi *δυσφόρως* per errorem pro *δυσμόρως* legi ex scholio Mediceo recte colligitur, si ab rebus minutissimis recedis, quales sunt *καρδία* pro *καρδίαν*, *ἄσπιστον* pro *ἄπιστον*, omnia quemadmodum in codice Mediceo perscripta leguntur, sana esse mihi videntur. Neque enim statim ab initio quidquam mutandum est. Nam quamquam Weilius, qui in explicanda *τέ* particula et in ultima verbi *τελεία* syllaba producta haeret, satis audacter coniecit scribendum esse: *ὦ μέλαιν' ἀρά, τέλειε γένεος Οἰδίπου πάρα*, tamen et *τελεία* recte se habere versus antistrophicus docet, qualis in Mediceo codice exhibetur: *ἐξέπραξεν οὐδ' ἀπεῖπεν πατρόθεν κτλ.*, neque illa *τέ*

particula quidquam habet, in quo offendas. Etenim ne de vetustiore illa imprecatione cogites, qua Pelops rapto Chrysippo Laïum eiusque stirpem exsecratus esse dicitur: tamen verba *γένεος Οἰδίπου τ' ἀρά* haud inepte coniunguntur. Utrumque enim per se recte dici et *ἀρὰ γένεος*, cf. Choëph. 593, et *ἀρὰ Οἰδίπου*, cf. Sept. 636. 676. 690, cum nemo possit negare, hoc loco *τέ* particula explicativo qui nominatur sensu ita adhiberi videtur, ut primum *ἀρὰ γένεος* magis in universum dicatur, deinde per *τέ* pars quaedam a ceterarum communitate disiuncta urgeatur.

Tertiis deinde et strophae et antistrophae versibus quo accuratius in trimetris iambicis singulae syllabae inter se responderent, Heimsoethius Weiliusque et transponi verba *τι περιπίτνει* vel etiam *περιπίτνει με καρδίαν* pro *με καρδίαν τι π.*) et mutari (*ἀπίθανοι* pro *ἄπιστοι*) iusserunt, sed cum in omnibus strophis iambotrochaicis tum maxime in iambicis trimetris tetrametrisque accuratissima syllabarum repetitione non opus esse sat multa docent exempla, ut Sept. 816=824, cf. Christ. Metr.[2] p. 380 sq. et 641.

Tum etiam verba vv. 815 sq. *ἔτευξα τύμβῳ μέλος Θυιὰς αἱματοσταγεῖς νεκροὺς κλύουσα δυσμόρως θανόντας* Weilius pro corruptis habet, quod aoristo *ἔτευξα* proxime superius carmen dici oporteat, quo fratrum caedem mutuam quasi vates fatidico horrore instincta exhorruerat, ideoque scribendum censet *ἡδ' αἱμοσταγεῖς νεκροὺς ἔκλαυσα.* Neque vero potest dubitari, quin tantum absit, ut illud *ἐπιτυμβίδιον θρῆνον ἔτευξα* non recte ad praesens carmen referatur, ut aoristus ille *ἔτευξα* multo gravius et aptius dicatur quam praesens. Etenim quia *τύμβῳ μέλος τεύχειν* hoc loco idem valet quod *ἐπιτυμβίδιον θρῆνον ποιεῖν* vel *ποιεῖσθαι* i. e. *θρηνεῖν*, praesertim cum sequantur verba *κλύουσα δυσμόρως θανόντας*, aoristum *ἔτευξα* significatione quae dicitur inchoativa dici vides, sicut in quibuslibet aliis verbis affectuum quae nominantur, ut sit vernacula lingua: ich musste in Thränen ausbrechen, ich musste gleich ein Trauerlied anstimmen, ich geriet in Trauer, ich geriet in Verzückung.

3. Reliquam denique carminis partem, quam varie editores tentaverunt, primum ante oculos ponam, ut scripta est in codice Mediceo, neglectis quibusdam minutiis orthographicis aliisque quisquiliis:

τάδ' αὐτόδηλα προῦπτος ἀγγέλου λόγος·
διπλαῖ μέριμναι, δίδυμ' ἀνορέα
κἀκ' αὐτοφόνα δίμοιρα τέ-
λεια τὰ πάθη· τί φῶ;
τί δ' ἄλλο γ' ἢ πόνοι πόνων
δόμων ἐφέστιοι;
ἀλλὰ γόον, ὦ φίλαι, κατ' οὖρον
ἐρέσσετ' ἀμφὶ κρατὶ πόμπιμον χεροῖν
πίτυλον, ὃς αἰὲν δι' Ἀχέροντ' ἀμείβεται
τὰν ἄστονον μελάγκροκον
ναύστολον θεωρίδα,
τὰν ἀστιβῆ Ἀπόλλω-
νι· τὰν ἀνάλιον
πάνδοκον εἰς ἀφανῆ τε χέρσον.

Quae antistrophica esse primo statim aspectu elucet, primus Hermannus animadvertit, omnes fere assensi sunt, sed nonnulli de singulis quibusdam versibus dissenserunt. Ac ne ipse quidem a me impetrare possum, ut eam probem quam Hermannus ceterique omnes huius strophae esse voluerunt versuum dispositionem, ex qua totam stropham quattuor trimetris iambicis effici contendunt et clausula logaoedica, quae est tetrapodia sive hexapodia. Nam tam simplicem rationem ab reliqua Aeschyli in iambicis trochaicisque versibus componendis consuetudine abhorrere vel inde intellegis, quod ille in eiusmodi carminibus trimetros et dimetros vel tetrametros consociare solitus est. Confer quaeso id carmen, quod quam proxime ad hoc de quo agitur

accedit, Suppl. 776—807, alia. Accedit, quod prius stropharum par ab hoc usu Aeschyleo minime recedit. Nam habes in priore stropha trochaicum tetrametrum et iambicum trimetrum atque tetrametrum, cui alter tetrameter adiungitur, qui cum ultimo dimetro arte cohaeret, ut semper fere fit in his clausulis brevioribus, velut in Sapphicae strophae Adonio. Neque igitur ab altera stropha tetrametri abhorrere videntur, praesertim cum dubium esse non possit, quin ipse codex Mediceus unum certe tetrametrum etiamnunc praebeat, solito more in duos dimetros secundum Aristoxeni aliorumque rhythmicorum praecepta divisum; *τὰν ἄστονον μελάγκροκον, ναύστολον θεωρίδα,* qui versus vere Aeschyleus esse videtur, modo lenissima Weilii mutatione deleto *τὰν* articulo illud *ἄστονον* pro *ἄστονον* i. e. *ἀγάστονον* ducas, sicut paullo ante v. 829 *ἄνορέα* esse pro *ἀγανόρεα* inter omnes constat. Etenim quoniam *θεωρίδα* hoc loco non navem Apollinarem, verum sacram viam esse Hermannus demonstravit ex Hesychii glossa s. v. *θεωροί*: *λέγουσι δὲ καὶ τὴν ὁδόν, δι' ἧς ἴασιν ἐπὶ τὰ ἱερά, θεωρίδα,* quacum altera scholii Medicei explicatio congruit: *λέγει δὲ ὅτι ταύτην ὁδὸν θεωρητικὴν ὥσπερ οἶδεν ὁ στόνος τὴν ἐπὶ τὸν Ἀχέροντα κτλ.,* quod Dindorfius male correxit, atque etiam quodammodo Pollux 2, 55 *οἱ γὰρ Πυθῶδε θεωροὶ καὶ θεωρικὴ ὁδός κτλ.,* illud *ἀγάστονον* optime ad *θεωρίδα* apponi apparet neque *μελάγκροκον,* quod Hermanno audacius dictum videbatur, maiore cum audacia dici quam apud Vergil. Aen. I, 224 mare velivolum, similia, et tertium illud *ναύστολον,* quod Dindorfius in lex. Aesch. sub h. v. ad viam convenire negavit, item bene ad *θεωρίδα* addi, sive active dici velis, ut verbum *στέλλειν* de via dixit Lucianus, Hermot. 27 *ὁδὸς εἰς Κόρινθον στέλλει,* ut sit via umida (*ὑγρὰ κέλευθα*), luctuosa, nigris velis operta vel insignis, navem vehens, sive id quod mihi praestare videtur, passive, ut sit via, per quam navibus vehitur, quae navibus aditur.

Quae cum ita sint, antistrophica verba recte se habent ita, ut sententia evadat haec: 'largo cum luctu in capite vestro imitamini remigationem manuum, quae perpetuo per Acherontem luctuosam illam nigram viam navalem, non calcatam Apollini, non lustratam soli ad litus ignotum et omnes recipiens transit.'

Itaque omnia in antistropha expediuntur, nisi quod ultimum illud membrum logaoedicum ad partem strophae extremam parum convenit. Atque horum potissimum versuum diversitate adductus Weilius strophae initium finemque excidisse contendit. At vero cum pro *γόον* sine dubio id, quod in nonnullis codicibus invenitur, *γόων* restituendum sit, omnis haec discrepantia delebitur, dummodo *εἰς ἀφανῆ* et *πάνδοκον* locum mutasse ducamus, ut sit *ἀλλὰ γόων, ὦ φίλαι, κατ' οὖρον* et *εἰς ἀφανῆ πάνδοκόν τε χέρσον,* quem versum in fine stropharum logaoedicarum, dochmiacarum, iambicarum saepius occurrere iam dixi in observ. de num. dochm. p. 7. Hoc autem loco ut verba *πάνδοκον* et *ἀφανῆ* inter se permutarentur, idcirco factum esse consentaneum est, ut syllaba illa dubia in *ἀνάλιον, εἰς ἀφανῆ* tolleretur, quae propter numeri mutationem legitima est, quod idem alias quoque librarios eadem de caussa fecisse multa declarant exempla, cf. supra p. 13.

Quare cum etiam illa verba, a quibus stropha incipit: *τάδ' αὐτόδηλα· προῦπτος ἀγγέλου λόγος* cum proximis quae antecedunt *ἦλθε δ' αἰακτὰ πήματ' οὐ λόγῳ* tam arte cohaerere videantur, ut nullus lacunae locus sit, nunc restat, ut de media stropha paucis agamus. Nam quod trimeter 558 *τὰν ἀστιβῆ Ἀπόλλωνι, τὰν ἀνάλιον* contra regulas rhythmicas in duas partes dissolutus invenitur, id inde explicabis, quod versus strophicus inserto verbo *δόμων* vel *πόνων* supervacaneo modum unius membri rhythmici excesserat longiorque evaserat, quam ut pro uno versu

existimaretur. Hos igitur versus ut ad antistrophicorum similitudinem quam proxime accommodemus, ita scribendos propono, ut sint trimeter tetrameter trimeter:

διπλαῖ μέριμναι, δίδυμ' ἀγανορέα κακά,
δίμοιρα καὐτοφόνα τελεῖται δόμων πάθη. τί φῶ;
τί δ' ἄλλο γ' ἢ πόνοι πόνων ἐφέστιοι;

Nam in *κάκ' αὐτοφόνα δίμοιρα τέλεια τὰ πάθη. τί φῶ*; cum *κακά* i. e. duplicatum illud *κά* ad proximum versum assumendum sit et in *τέλεια τὰ πάθη* articulus quam maxime langueat idcircoque minima litterarum mutatione *τελεῖται* pro *τέλεια τά* scribere placeat, ad tetrametrum, qui necessario requiritur, restituendum remanent haec fragmenta: *καὐτοφόνα δίμοιρα τελεῖται πάθη. τί φῶ;*. Itaque de priore dimetro *δίμοιρα καὐτοφόνα τελεῖ-* vix poterit dubitari, praesertim cum antistrophica bene conveniant in hunc modum: *ἀγάστονον μελανόκροκον.* Alterius autem partis defectum (*ται πάθη· τί φῶ;*) optime sanari vides, si *δόμων*, quod proximo trimetro abundat, non ut Heimsoethius voluit, pro manifesta interpolatione totum removeris, sed suo loco restitueris (*-ται πάθη δόμων· τί φῶ;* vel *-ται δόμων πάθη· τί φῶ;*), atque hoc eo magis, quod, si quis Sophocl. Oedip. Col. 1238 *ἵνα πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ* vel similia comparaverit, *πόνοι πόνων*, non *πόνοι δόμων* veram proximi versus lectionem esse pro certo affirmare non dubitabit.

Totum igitur carmen mea quidem sententia hoc est:

ἀναπαιστικά. *ὦ μεγάλε Ζεῦ καὶ πολιοῦχοι*
δαίμονες, οἳ δὴ Κάδμου πύργους
τούςδε ῥύεσθαι ⏑ ⏑ — —,
πότερον χαίρω κἀπολολύξω 805
πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι,
ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυστέκνους
[*ἄνδρας*] *κλαύσω πολεμάρχους;*
οἳ δῆτ' ὀρθῶς κατ' ἐπωνυμίαν
[*καὶ πολυκληεῖς*] *καὶ πολυνεικεῖς* 810
ὤλοντ' ἀσεβεῖ διανοίᾳ.

στροφὴ α'. *ὦ μέλαινα καὶ τελεία γένεος Οἰδίπου τ' ἀρά,*
κακόν με καρδίαν τι περιπίτνει κρύος.
ἔτευξα τύμβῳ μέλος Θυιάς, αἱματοσταγεῖς 815
νεκροὺς κλύουσα δυσμόρως θανόντας· ἦ δύσορνις ἄ-
δε ξυναυλία δορός.

ἀντιστρ. α'. *ἐξέπραξεν, οὐδ' ἀπεῖπεν πατρόθεν εὐκταία φάτις·* 820
βουλαὶ δ' ἄπιστοι Λαΐου διήρκεσαν.
μέριμνα δ' ἀμφὶ πτόλιν· θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται.
ἰὼ πολύστονοι, τόδ' εἰργάσασθ' ἄπιστον· ἦλθε δ' αἰ- 825
ακτὰ πήματ' οὐ λόγῳ.

στροφὴ β'. *τάδ' αὐτόδηλα, προῦπτος ἀγγέλου λόγος·*
διπλαῖ μέριμναι, δίδυμ' ἀγανόρεα κακά,

δίμοιρα καὐτοφόνα τελεῖται δόμων πάθη· τί φῶ; 830
τί δ' ἄλλο γ' ἢ πόνοι πόνων ἐφέστιοι;
ἀλλὰ γόων, ὦ φίλαι, κατ' οὖρον

ἀντιστρ. β'. ἐρέσσετ' ἀμφὶ κρατὶ πόμπιμον χεροῖν
πίτυλον, ὃς αἰὲν δι' Ἀχέροντ' ἀμείβεται
ἀγάστονον μελανόκροκον ναύστολον θεωρίδα, 835
τὰν ἀστιβῆ Ἀπόλλωνι, τὰν ἀνάλιον
εἰς ἀφανῆ πάνδοκόν τε χέρσον.

Schulnachrichten.

Ostern 1883 — Ostern 1884.

I. Chronik.

Das Schuljahr, mit dessen Beginn die Lehrordnung vom 8. Juli 1882 in Kraft trat, wurde am 3. April mit 14 Klassen (Parallelen von Sexta bis Obertertia) und 425 Schülern, darunter 94 am Tage vorher aufgenommenen, eröffnet. Das Lehrerkollegium zählte, eingeschlossen die Vertreter der technischen Fächer, 26 Mitglieder, die im vorigen Jahresberichte namhaft gemacht sind. Dazu kamen 4 durch das Königliche Ministerium zur Erstehung des Probejahres zugewiesene Kandidaten: Friedrich Palm aus Plauen i. V. (Philolog), Dr. Paul Arras aus Bautzen (Historiker), Alexander Reichardt aus Neudorf bei Annaberg (Philolog) und Max Mehner aus Dreissig bei Döbeln (Mathematiker).

Zu Ostern wird der zweite Oberlehrer Professor Dr. Kurt Gehlert aus unserer Mitte scheiden, um das Rektorat des Königlichen Gymnasiums in Chemnitz zu übernehmen. Bei der Gründung unseres Gymnasiums Ostern 1880 von Bautzen in seine jetzige Stellung berufen hat er in hervorragender Weise die günstige Entwickelung und die Befestigung der neuen Zustände gefördert, indem er seinen praktischen Sinn, seine gewinnende Persönlichkeit, seine Gabe idealer Auffassung und schöner Darstellung der ihm zufallenden wichtigen Lehrgegenstände mit der in der Schule Wunders, Palms und Kreusslers gewonnenen und befestigten Pflichttreue zum Segen und zur Ehre für die Anstalt geltend machte. Wir werden dem verdienstvollen Lehrer, dem geschickten Ordner und gewissenhaften Verwalter unserer Schulbibliothek, dem vielgewandten und lebensfrischen Freunde ein dankbares Andenken bewahren.

Der Weggang des Professor Gehlert und die notwendige Begründung einer Parallele zur Untersekunda veranlassen für das kommende Schuljahr erhebliche Veränderungen im Lehrerkollegium durch Bildung neuer Parallelstellen (6B, 7B, 8B, 9B), durch Aufrücken von 19 bisherigen Mitgliedern des Kollegiums und durch Anstellung von 3 neuen Lehrern. Dabei hat das Königliche Ministerium mit grösstem Wohlwollen die persönlichen Bedürfnisse der einzelnen soweit irgend thunlich berücksichtigt und namentlich auch dies ersichtlich anerkannt, dass für den Lehrer des Gymnasiums die geistige Anstrengung und die Verantwortung wächst, je höher er in den Klassen vorrückt, je älter, reifer, in ihren Bildungsbedürfnissen naturgemäss anspruchsvoller die Schüler werden, die er unterrichten und erziehen soll.

Ständig werden die bisherigen provisorischen Oberlehrer Dr. Schwabe und Schönherr, neu angestellt werden Dr. Baldamus, Dr. Opitz und Dr. Arras. Diese fünf sowie der seit Ostern 1883 an der Anstalt beschäftigte Hilfslehrer Elle haben über ihren Lebensgang Folgendes mitgeteilt:

1. Ernst Alfred Hugo Baldamus wurde geboren am 5. Dezember 1856 zu Wernigerode am Harz. Seine Schulbildung erhielt er auf dem jetzt Gräflich Stolbergschen Gymnasium seiner Vaterstadt, von wo er

Ostern 1876 mit dem Reifezeugnis entlassen wurde. Er studierte nun auf den Universitäten Göttingen (2 Semester), Tübingen (1 Semester), Leipzig (3 Semester) hauptsächlich Geschichte und wurde am 5. Mai 1879 von der philosophischen Fakultät der Universität Leipzig zum Doktor promoviert auf Grund der Dissertation: „Das Heerwesen unter den späteren Karolingern." Darnach wandte er sich noch ein Semester nach Berlin und bestand dann am 6. Februar 1880 in Leipzig das Examen für Kandidaten des höheren Schulamtes. Nachdem er nun zunächst Hauslehrer in der Pfalz gewesen war, wurde er Michaelis 1881 als cand. prob. und wissenschaftlicher Hilfslehrer dem Nikolaigymnasium zu Leipzig überwiesen, Ostern 1882 aber durch Verfügung des hohen Ministeriums als ständiger Oberlehrer (14 B) am Königlichen Gymnasium zu Dresden-Neustadt angestellt.

2. Ludwig Wilhelm Ernst Schwabe wurde am 2. Juli 1858 zu Rochlitz geboren, besuchte von Ostern 1870 an das Nikolaigymnasium zu Leipzig und bezog Ostern 1877 die Universität, um klassische Philologie zu studieren. Nachdem er im Sommer 1880 promoviert und am 2. Aug. 1881 das Examen pro fac. doc. bestanden hatte, wurde er Michaelis 1881 dem Kgl. Gymnasium als Probandus überwiesen, ging Ostern 1882 in die Stellung eines Hilfslehrers über und wurde von Ostern 1883 als provisorischer Oberlehrer verwendet.

3. Edmund Alfred Schönherr, geboren am 29. Juni 1856 zu Zwickau, besuchte zuerst die Bürgerschule, dann das Gymnasium seiner Vaterstadt und genügte von Michaelis 1873 bis Michaelis 1874 seiner Militärpflicht beim 5. Infanterie-Regiment „Prinz Friedrich August" Nr. 104. Ostern 1876 bezog er die Universität Leipzig, um Mathematik zu studieren. Nach Ablegung des Staatsexamens wurde er Michaelis 1880 behufs Ableistung seines Probejahres dem Gymnasium zu Zwickau zugewiesen, aber auf sein Ansuchen Ostern 1881 an die Thomasschule zu Leipzig entlassen, wo ihm neben einigen wissenschaftlichen Stunden eine grössere Anzahl Turnstunden übertragen wurden, zu deren Erteilung er sich im Dezember 1880 durch die Fachprüfung die Befähigung erworben hatte. Ostern 1883 wurde er als provisorischer Oberlehrer an dem Königlichen Gymnasium angestellt.

4. Kurt Richard Opitz ist geboren zu Wurzen am 2. Januar 1859. Bald kam er nach Freiberg und besuchte dort erst die Bürgerschule, dann das Gymnasium von Sexta an. Ostern 1879 bezog er die Universität Leipzig. Im Sommer 1882 erwarb er sich hier den Doktortitel auf Grund der Dissertation *„De argumentorum metricorum Latinorum arte et origine"*, und im Juli 1883 bestand er die Prüfung für Kandidaten des höheren Schulamtes. Im August trat er als Probelehrer an der hiesigen Thomasschule ein und wurde zugleich mit der Vertretung des erkrankten zweiten Oberlehrers betraut.

